modum qualiter deus uenit in mundum carnem as
sumendo a patribus descendentem: ita lucas
ostenderet quomodo per benedictam christi incarnatio
nem reducimur in deum per ueram fidem que etiam
fuit in patribus ueteris testamenti. licet non ita
explicata sicut est in fidelibus noui testamen
ti. hanc autem sententiam ponit ieronimus multum
intricate sed ego accipiam uera uerba eius secundum
ordinem scripture sed sententie. cui. s. luce po
testas premissa est. i. concessa. A perfectione
generationis in christo inplete. i. scribere perfecte g
genealogiam in christo completam quia ibi terminatur
descendendo & repetende. A principio natiuita
tis humane. i. retrogrado modo scribere g.

genealogiam predictam, ut habetur infra 3° capitulo. ideo propter causam que statim dicetur, in qua incipit ab humanitate xpi. Post baptismum filii dei. Quia post baptismum et immediate scripsit genealogiam predictam ut habetur infra .3. cap. ideo propter causam que statim dicetur predicto modo scripsit genealogiam. ut requirentibus .i. scire desiderantibus demonstraret .i. quod apprehendens erat .i. ipsum deum in quo terminat genealogiam in cuius apprehensione per aptam visionem consistit habitudo introitu admisso. generationis indisparabilis dei .i. ipsius xpi. qui secundum divinitatem est indispar a patre: quia sic est ei equalis quam xpm ponit in introitu .i. in principio generationis .i. genealogie ab eo descripte. recurrentis in deum. quia ad ipsum terminatur ut dictum est per Nathan: filium. sicut .n. Matheus posuit Salomonem filium David in genealogia et ab eo descripta ita lucas ponit Nathan filium David duplici de causa. Una est quod Nathan filius dicitur fuisse david adoptivus. Nos autem reducimur in deum per hoc quod efficimur filii dei adoptivi. et ideo lucas qui scribit genealogiam ascendendo in deum descripsit eam per Nathan filium adoptivum. Alia causa est, quia Nathan interpretatur donum. et ideo significat xpm qui est filius dei naturalis. et per hoc quod fuit nobis datus a patre efficimur filii dei adoptivi. quia per eum tamquam per mediatorem reducimur in deum patrem. ideo subditur: Ut predicans. s. ipse lucas. hominibus xpm vel eorum. quia datus est hominibus a patre pro eorum salute. opus perfecti hominis .i. conditionem nature humane in statu innocentie que fuit perfecta. Uturibus et scientiis recurrere in se .i. reduire in dignitatem pristinam a qua ceciderat. faceret per filium .i. per Nathan figurative ratione predicta. s. per xpm effective qui est dei filius secundum naturam divinam et filius David secundum carnem. Qui per david patrem

venientibus in xpm .i. descendentibus usque ad xpm per generationes iter prebebat .i. viam et modum veniendi usque ad xpm. Cui luce. Posita recomendatione beati luce in scribendo evangelium. hic per consequens ponitur eius commendatio ibi scribendo actus apostolorum. quando dicitur: Cui luce non inmerito .i. non irrationabiliter sed ex magna ratione etiam in scribendo actuum apostolorum potestas in missio datur. Quia sicut supradictum est fuit discipulus apostolorum et specialiter Pauli cuius fuit comes individuus. et sic vidit facta eorum de quibus liber actuum apostolorum pro maiori parte loquitur. Que certius potuit scribere tamquam visa. in principio enim illius libri fit mentio de xpi ascensione et Mathie electione. et hoc est quod dicitur: Ut deum in deum pleno. xpus autem dicitur deus in deo. quia filius semper est in patre quantum ad ipsam divinitatem quantum vero ad humanitatem fuit plene cum deo patre quando in humanitate gloriosa assumptus est ad dexteram patris. De quo fit mentio in principio libri. et in filio perditionis extinctio .i. iuda proditore. De cuius morte ibidem agitur ante electionem Mathie. Oratione ab ipsis apostolis facta sorte dominice electionis numerus compleretur. Quia in electione Mathie apostoli premissa oratione dederunt sortes. et cecidit sors super Mathiam. et sic completus fuit numerus xii. apostolorum a xpo electorum de quorum numero iudas ciciderat. sicque paulus consumationem apostolicis actibus daret. quia in actibus eius ille liber terminatur. Quem diu contra stimulum recalcitrantem dominus elegisset. Quia diu persequeretur xpm in membris eius fuit a xpo electus. ut habetur act. ix. Quod et legentibus. post luce commendationem hic Iheronimus ponit suam excusationem de hoc quod ita videtur transierat. quod fecit ad evitandam prolixitatem et curiositatem. et hoc est quod dicit. Quod si .i. quis legentibus aut requirentibus deum utile fuerat a nobis expediri .i. per nos enucleari. per singula .i. par-

ticulati & plenius. Sciens tn̄ .s. ego ihoni.
ꝙ oportet agricola .i. doctore. oportet
primum de fructibꝰ suis edere .i. de doct
na sua fructū ppe. Qđ fit qn̄ auditores
ꝓficiunt. Vitauimus publicā curiositate
ne nō uidem̄ tam .i. tantū demōstre .i. pla
ne ondere deū .i. ūitatē de diuinis q̄tum
q̄ .i. q̄tū fastidientibꝰ pdeē .i. scribere ad
libitū & uoluntatē curiosoꝝ q̄ attediat
ī auditu utilium & magis in subtilibꝰ
& paꝝ utilibꝰ delectantur. Videret tn̄
aliq̄bꝰ salua reuerentia bti ihonimi ipa;
sententiā que plane & lucide dici poss&
uerbis obscuris & intricatis obūbrass&.

QVONIAM. prefatio euangelii
quidē & c̄. hic incipit btūs
lucas scribere & pmo suo euā
gelio p̄mittit prefationem
Secdo subiungit euāgelij narratiōe; ibi.
Fuit in diebꝰ herodis. In prefatiōe sua po
nit duplicē causā quare scͣpsit euāgliu;
.s. ad cōplendū aliqua q̄ matheo & Marco
fuerāt omissa ut minus plene dicta. &
excludendū falsa q̄ ab heticis sub nōie
discipłoꝝ ẽ scͣpta fuerant sic pleni dictū
est in prologo ihero. & hoc est quod dicit
ī ꝓlogo. Quoniā quidē .i. certe multi co
nati sunt ordinare narrationes reꝝ .i. ges
toꝝ euangelicoꝝ. Quia sic dictū est aliq
scripserant uere sed tn̄ aliq̄ omittendo.
aliqui aūt falso heretes inserendo q̄ i no
bis cōplecte sunt .i. in euanglio a nobis
scripto. Quia copleuit dicta eoꝝ q̄ uere
scripserāt & excludit dicta eoꝝ q̄ falsa
īseruerant. Sic tradiderūt nob qui ab ini
tio ipi uiderunt .s. ipi apłi a quibꝰ didi
cit ueritate euangelij. Visum est et m as
secuto .s. ueritatem euanglij modo pdco
oia a pn̄ diligent. ex ordine tibi scribe.
Quia incipit euanglium suū a cōceptiōe
precursoris & saluatoris. Qđ autē dicit oia
nō est intelligendū ꝙ oia acta ẽ scͣpserit
quia totus mundus nō poss& cape tātā

scripturum ut hēr ioh. 20. sed accipitur hic oia
quia scripsit de oībꝰ nccīis quoꝝ noticia
erat necessaria ad salutē. Optime theophi
le. ex hoc uerbo dixerūt antiq̄ aliq̄ ꝙ iste
theophilꝰ fuit uir potens & princeps in
Achaia. Quia Paulus tali modo loquēdi
utitur ad festū. act. 26. nō insanio optīe
feste. Sed istud motiuū nllm uidetur
Quia talis modus ꝓprius est ad prelatos q̄
alios debent excellere in bonitate uite.
iō nō est uerisimile ꝙ tantus euāglista
omissis epis ad quoꝝ officiū spectat euā
gelium scire & de hoc alios docere scri
beret pncipi seculari euāgeliū. & iō me
lius uidet dicendū ꝙ fuit epūs ut dictū
est sup. & hoc uidetur p hoc qđ subdit
Quibus eruditus es & c̄. Dicit igr optīe
Theophile. nō q. p ipo solo scriberet. sed
quia scͣptam ei dirigebat. p ipius & oīū
fideliū salute. Vt cognoscas .s. plenius
ueritatē eoꝝ uerboꝝ ad fidē catholicā
ptinentiū. de quibꝰ eruditus es. nō tn̄
ita pfecte sic post lectionē huiꝰ scͣpture.

FVIT IN DIEBVS. Hic
incipit lucas narratiōe;
euāgelij. & diuidit in
quatuor partes. Quia pō
describit saluatoris ingressus
in mundū per suam
incarnationē. 2°. eius pgressus per suā pre
dicationē. 3°. cā. Tercio eius egressus de mū
do p suā passionē. 24. cā. Quarto egressꝰ
ad patrem p suā resurrectionē & ascensio
nē. 24. cā. Prima in duas. Quia primo de
scribit precursoris & saluatoris conceptus.
2°. utriusq; ortus circa mediū huius capli.
ibi. Exurgens aūt Maria. Prima adhuc
ī duas. quia pmo describit conceptus pcurso
ris. 2°. ipsius saluatoris ibi. In mense aūt
sexto. Circa primū conceptus pcursoris
ondit mirabilitate ex tribꝰ. primo ex paren
tū conditione. 2°. ex angelica nunciatiōe.

ibi. Factū est autē cū sacerdotio. Tercio ex
patris increduli punitiōe. ibi. & dixit
zacharias. Circa pͥmū in describendo cō
ditionē parentū bt̄i iohannis premittit̄
tpīis regis sub quo fuert̄. quū dr̄. fuit in
diebꝰ herodis regis iudee. Quia iacob pri-
arc̄a spū ꝓphetico dixit geñ. xlix°. signū
aduentꝰ x̄ q̄n regnū iudee ess& tn̄slatū
ad alienigenā scd̄; ꝙ dr̄ ibidē. Non aufe
ret̄ sceptrum de iuda & dux de femore
eius donec ueniat qui mittendus est. &c̄.
Iste aut̄ herodes fuit alienigena q̄a pat̄
eius fuit ydumeꝰ. Sacerdos quidā noīe
zacharias. Per expressionē noīs itł̄ligit̄
ꝙ iste fuit famosꝰ in uita & doctrina.
De uice abia. scd̄; ꝙ hēt̄ pͦ palip. xxiiii.
Dauid uolens āpliare cultū dei ordiauit
de xxiiii°ᵒʳ. generatiōibꝰ. xxiiii. sac̄dotes
q̄ successiue seruirent p ebdomadas ī tē
plo dn̄i. & octaua sors cecidit s̄r Abiam
ut ibi dr̄. De q° descendit iste zacharias
& uxor illꝰ. De filiab' aarō hic expͥmi
t̄ q̄a ꝓpt̄ dignitatē sacerdotalē filie de
tribu Aaron diligentiꝰ & honestiꝰ serua-
bantur. & nomen eiꝰ helisabeth. Quod e͛
nomen exprimit̄ ꝓpt̄ eiꝰ bonam fama;
et uitā sicut dictū est de zacharia. Vn̄
subdit̄. Erant autē iusti ambo an̄ deum.
hoc dr̄ ad excludendū ypocrisis fictionē.
Incedentes in ōibꝰ mandatis. Quātū ad
obseruantiā moraliū p̄ceptoꝝ. & iustifi-
catiōibꝰ dn̄i. q̄tū ad obseruationē cerimo-
maliū. sine querela. q̄tū ad obseruantiā
iudicialiū. Quia pacifice ad proxios se ha-
bebant. & non erat eis filiꝰ. cuiꝰ duplex
causa subdit̄. una specialis mulieris steri-
litas. Alia communis uiro & mulieri. s. sen-
tus. & hoc est quod dr̄. eo ꝙ ess& helisa-
beth sterit̄. & ambo precessissent ī diebꝰ
suis. Ita ꝙ transierat tpꝰ generandi ī p̄re
& concipiēdi ī matre secundū c̄sū cōem
nature. ex quo appar& conceptio p̄cursο-
ris miraculosa. q̄a non fuit per naturam
tm̄ sed p n̄am g̃ra diuina adiutā. Factū
ē at̄. hic describit̄ cōceptio p̄cursoris mira
bit̄ ex denunciatiōe angelica. & pͦ desc-
bit̄ conditio loci. 2°. denūciatio angeli. e͛
Apparuit autē. Circa pͥmū dr̄. factū est
autē quū sac̄dotio fungeret̄ et c̄. Pat̄ enī
existenti in loco scō. s. in tēplo & officio
diuino occupato, facta ē denūciatio de
ꝓle hn̄da ad denotandū futam scītate;
ꝓlis. Sorte exiit. Quia distributiōes eb-
domadarū in q̄bꝰ successiue debebant
xxiiii°ᵒʳ. sacerdotes ministrare ut p̄dictum
ē fuerūt distribute p sortes. ut habet̄ pͦ
palip. xxiiii. Vt incensū poner& et cet̄.
Ex hoc loco dixert̄ aliq̄ ꝙ zacharias fuit
pontifex uł sūmus sacerdos. q̄a incensu;
ponere semel ī anno int̄ sanctū sanctoꝝ
s. in festo expiatiōis soli sūmo sacerdoti
erat licitū. & hoc uidet̄ dicere Ambͦsius
et Beda s̄r locū istū. & tpꝰ precursoris
cōceptiōis uidet̄ concordare q̄a festū ex-
piatiōis celebrabat̄ decima die septēbris
et post illud fuit cōceptio bt̄i iohannis
circa finē eiusdē mensis reuerso zacharia
ad domū suā post cōpletionē sui officij
et sic ab illo tpore usq; ad natiuitatem
bt̄i iohannis fluxert̄. ix. menses q̄ conti-
nent ꝑiodū a conceptu pueri usq; ad na-
tiuitatē. Sed qualiter iste zacharias fu-
erit sūmus sacerdos nō legitur, io ad de-
clarationē huius dixert̄ aliq̄ ꝙ xxiiii°ᵒʳ. sa-
cerdotes predicti erant equales in ordiē
et in dignitate, nō tn̄ simul sed successi-
ue. Quia ille in cuius ebdomada festum
expiationis cadebat erat sūmus sacerdoˢ
toto illo anno. & ad hoc confirmandu;
īducunt illđ qđ dicit̄ ioh̄. xi°. ꝙ cayphaˢ
erat pontifex anni illiꝰ. Dicunt igit̄ ꝙ
zacharias fuit sūmus sacerdos illo āno
eo ꝙ predictū festū cecidit in ebdomada
ipsius. sed quia nulla scriptura autētica
nec iosephus nec alij historiographi desc-
bentes sacerdociū iudeoꝝ ullam mētiōe;

faciunt de sūmo sacerdotio zacharie. ïō saluo meliori iudicio uidet̄ melius dicere eū fuisse simplicē sacerdotē. nec ex ijs que dicta sunt ondit̄ fuisse summ⁹ sacerdos, sed magis oppositū. ut uidetur. tū quia hic dr̄ q̄ ingress⁹ fuit tēplū ad ponendū incensū tm̄. hoc āt licitū erat minorib⁹ sacerdotib⁹ scdm̄ q̄ dr̄ hebr. ix. in pmo quidē tabnaclo q̄tidie ītrabāt sacerdotes sacficio₄ ministeria cōsumā-tes. qa pacto sacrificio ī altari holocausto-rū qd̄ erat in atrio ubi ministrabant ⁊ minores sacerdotes, sacerdos uō q̄ ibi minis-traerat lotis prius manib⁹ & pedib⁹ acci-piebat prunas de altari holocausto₄. & intrans pmā partē tēpli que uocatur sanctū uel sancta concremabat in illa sr̄ altare incensi thimiama. & tūc erat sa-crificiū cōsumatū. In illā uō partē q̄ dice-batur scm̄ sancto₄ solus sūm⁹ sacerdos intrabat cū sangne hirci & uituli imo-lati pro pcc̄o ppli. ut ex illo aspgeret cō-tra ppiciatoriū. Qd̄ aut̄ zacharias ītraue-rit cū sangne tali non dr̄ hic sed solum ad ponendū incēsū. si enī intss& tēplu; ad īferendū sangnē int̄ sanctū sco₄ nō est uerisimile q̄ euāgelista tacuiss& quū hoc sit maximum int̄ oīa q̄ ad officiu; sūmi sacerdotis ptinebāt ut hēt heb. ix. & leui. xvi. & ideo nō uidet̄ q̄ intuerit sanctū sancto₄ qd̄ erat de officio sūmi sacerdotis, sed solū primā partē tēpli ad quā simplices sacerdotes poterāt ingdi. ut dictum est. Itē angel⁹ apparuit ipsi occupato in solemniori parte sui officij ppr̄ solemnitatē nuncij q̄ nūciare uene-rat. hic āt dr̄ q̄ apparuit ei stans a dext̄s altaris incensi. illd̄ aut̄ altare nō erat int̄ sancta sco₄ secundū q̄ dicit ïhonim⁹ & omnes doctores hebrei & catholici excep-to Augustino. cui dictū nō uidet̄ in hoc tenendū, tū qa contrariat̄ dictis oīū alio₄ quo₄ aliqui fuert̄ ualde expti in sciptura ueteris testamenti. tū qa textus sacre scp-ture uidet̄ contrīū dicere exod. ulti. & xxx. ut ibidē plenius declarat̄. Qd̄ autē dicit̄ soli sūmo sacerdoti licitū ēē ponere incēsū int̄ sancta sco₄ in die expiatiōis dicendū q̄ uerū est sed illud incensum nō ponebatur ad offerendū, sed ut nebu-la inde cōsurgens operiret oraculū q̄ndo pontifex aspergebat sangnē uituli et hirci cont̄ oraculū. ut hetur leui. xvi. Nō autē habet̄ ex hoc loco q̄ zacharias posu-erit incensū isto modo ut pat& ex dictis, sed solū q̄ posuerit incensū offerens ipm̄ sup altare incensi ad cōsumationē sacri-ficij. Qd̄ aut̄ dr̄ q̄ expiationis dies ceci-dit in ebdomada sua. hoc nō pbat̄, ut pa-t& ex dictis. & dato q̄ uerum fuerit nō tm̄ ex hoc concludit̄ q̄ intuerit sanctū sancto₄ ad ponendū incensū. qa preter illū ingressū q̄ pertinebat ad summu; pontificē tm̄: quotidie intrabāt sacdotes minores ad offerendū incensū in altari incensi ut predictū est. & hoc modo igr̄ est zacharias in ebdomada sui ministerij. Qd̄ autē ultio dr̄ q̄ de xxiiij. sacdotib⁹ ille erat sūmus sacerdos uel pontifex per ānū in cuius ebdomada cadebat expiati-onis festū. uidet̄ ēē fictitiū, tū qa hoc in nllā scptā autentica hēt, tū qa ut hēt ī libris regū & palip. p̄ ordinationem xxiiij. sacerdotū erat sūmus sacerdos si-eos, nō solū uno anno sed p totā uitā suā & ita cōiter factum est usq; ad tp̄s Ma-chabeo₄ in q̄ greci sr̄ iudeos obtinuerūt dominiū. & tunc ex cupiditate greco₄ & ambitione iudeo₄ aliq̄ sūt amoti de sacerdotio ante mortē & alij instituti sic pat& .2. Machabeo₄ .4. cā. de Iasone et Menalao & lisimaco. & xiiij. de Alchimo & eodē m̄ postea factū est q̄n romani ce-perunt iudeis nōiari. qa tunc erat uena-le sacerdotiū ut dicit iosephus q̄ Cayphas emit sacerdotiū huius anni. & potuit

et esse q iudei inter se ordinauert ppr
istas contentiones & ambitiones q sa-
cerdotiu unio durar& tm per annum.
Ad dictu uo Ambrosij & Bede dicedu
q no locut assertiue. & omnis multitu-
do ppli erat orans foris hora incensi.
Quia no erat licitu pplo ingredi templu
sed tm atriu. apparuit. hic consequeter
describit angeli denuciatio. & premit-
tit zacharie stupefactio quu dr. &
zacharias turbatus est. & c. s. ex uisi
one angeli insolita & ex fragilitate
humana iuxta angelica potestatem
sicut de Daniele legitur Daniel. x. ppr
qd angelo consolatus fuit eu dicens. Ne
timeas zacharia. q.d. ueni ad cosolatioe
tua. io subdr. qm exaudita est depreca
tio tua. frequent eni depcatus fuerat
de aduentu messie & de hnda prole. &
ideo sibi angelus utrq; prenuciauit sibi
dicens. & helisabeth uxor tua pariet t
filiu. & dicit t. hoc est ex te. tn cu utu-
te nate fuit ibi uirtus gre ut predictu
est. Angelus aut loquens ioseph de par
tu marie no dixit pariet tibi sed pariet
absolute. quia ioseph nihil cooperatus
est ibi. & uocabis nomen eis iohanne
prenoiatus ab angelo ppr scitate eius
futuram & officij pprietatem. iohns enim
iterptat in q gratia. qa iohns xpm ma-
nifestauit p que gra & ueritas facta est
ut hr io. i. & erit tibi gaudiu. in mente
interio. & exultatio exterio. dr eni ext
tatio qi ex saltatio. & hoc est ppe qm gau
diu est tantu intro q no pt bene cotineri
quin appareat exterio. & multi in nati-
uitate eis gaudebunt. sed; q dicitur inf
q in ortu eis multi gaudebunt erit cogratu-
labant uicini. & sic etia uidemo ipletu
quia dies sue natiuitatis no solu festiuat
ab omibo xanis sed etia a sarracenis &
ab aliqbo alijs. Erit eni magnus cora dno
un dicit saluator mathei xi. ca. int nato

mulieru no surrexit maior iohne baptis
ta. Vinu & sicera. i. quecuq; potu iebria-
tiuu non bibet. erit n. nazareus. i. conse
cratus domino p tota uita sua. & io ab
oi inebriatiuo abstinuit sic nazarei in
ueteri lege tpore separationis sue ut ha
bet numeri. vi. ca. & spu sco replebitur
ad purgatione originat pcti. & ad opa
tione boni meritorij. & multos filiorum is
rael conuertet ad dnm. i. ad x p sua pre
dicatione. & ipe pced& an illu in spu
& uirtute helie. primo ppr similitudie
uite quia utq; uixit in austitate uict
& uestitus. 2o. ppr similitudine i ue
ritate doctrine qa uterq; constanter
uicia redarguit etia magnarum psonarum
3o. ppr similitudine officij. quia sic helias
preced& aduentu x secudu. ita iohns
pmu precessit. ut couertat corda patru
in filios. i. corda prm ueteris testamenti
ad discipulos x. quia plures de sacdotib
& senioribo iudeorum qui dicebant pres
ppli conusi fuert ad fidem x p apostolo.
& incredulos. s. illos q prius fuerant
icreduli. ad prudentiam iustorum que
prudentia non consistit in operibus le
gis ex quibo no iustificat homo ut hr
ad ro. 3. sed in operibo fidei & caritate
formate deuotionis. parare dno plebe
pfecta per euagelij susceptione. qa ne
mine ad pfectum adduxerat lex ut
habet heb. 7. & ppr hoc illa lex dicitur
lex timoris. quia iperfectorum est timore
pene retrahi a malis. lex tn euagelica
dr lex amoris. qa pfectorum est a malo
retrahi amore boni. & dixit zacharias.
hic ondr conceptio precursoris mirabilis
ex punitione incredulitatis in patre.
et primo ponit dicta punitio. 2o. sequit
consolatio ibi. & factu est. Circa pmu
sciendu q zacharias uerbis angeli non
credidit. qd ostenderit uerba ei quum
dr. Unde hoc sciam. incredulitatis io

subdr: Ego sum senex & uxor mea p-
cessit in diebꝰ suis. q. d. tpus gnandi ĩ
me transiyt. & in ea tpus concipiendi.
Respondens angelus arguendo eiꝰ icre-
dulitatē. Ego sum Gabriel . angel' scs
zelans p salute israel ut hēt Dan. ix°.
q asto ante deū . lic& enī angeli mittā
tur in ministeriū p salute hominū ut
hr hebr. i. tn̄ nō recedunt a cōtēplatiōe
diuina & sic dr̄ sibi astare per iugē
cōtemplationē. & missus sū loq ad te.
& hoc ē nunciare ex parte dei cuius
ueritas nō pot ĩpediri . & eris tacens.
ppr incredulitatē tuā . ita qp angelus
dedit sibi signū respectu futi ĩplendi
& penā ratione incredulitatis pterite
. tot enī signa ingred ueritatis concrebāt
qp zacharias nō poterat bono modo dis
cedere absq; pcco. Qa angelus apparu-
it ei in sacro loco et existenti ĩ ministio
diuino. nunciabat etē ea q pertinebāt
ad cōem hominū salutē & ad dei glia;
Ex quibꝰ debebat zacharie constare qp
erat bonus angelus & p consequens qp
erat uerū dictum eius quū mentiri non
possit. & in hoc peccauit zacharias quia
credens ipm̄ bonū angelū ex predictis
circunstantijs quibꝰ concurrentibꝰ nō
pmittitur angelo sathane ut trāsfigarẽ
se in angelū lucis. & tn̄ nō credidit uer
bo eius & in hoc peccauit. ppr qd puni-
tus fuit. & erat plebs expectans. quia
non erat eis licitū intrare tēplū sed atū
tm̄ . & mirabant qp tardar& . qa oblatio
incensi nō reqrebat tpus tantum . & co-
gnouert qp uisionē uidiss& . tn̄ nesciebāt
qualē. ex hoc enī qp uidebant faciem eiꝰ
mirabilr mutatā ex collocutione cum
angelo & ipm̄ loq nō potentē cōiectura-
bant ipm̄ habuisse uisionē . & ipe erat
ĩnuens illis. s. signis uisibilibꝰ qa audi-
bilibꝰ nō poterat . & factū est. hic con-
sequent ponitur zacharie consolatio nō

qtū ad loquele restitutiōem sed qtum
ad filij sibi pmissi cōceptiōem quū dicit.
. & factum est ut ĩpleti sūt dies officij ei'
abiit in domū suā . qa tota ebdomada
qua ĩ ꝯ tēplo ministrabat sacerdos ad hoc
deputatus ĩ tēplo manebat & nō exibat
ad propa negotia intentus ad diuina
& ex hoc inoleuit cōsuetudo apd aliquos
religiosos sancta & honesta . s. qp ille q
est ebdomadari' p totā ebdomadā man&
intra claustrū non exiens ad exteriora
negotia intētus ad diuina . qa illo tpre
mediꝰ est & sequester inter conuentu;
& dominū . concepit helisabeth uxor
eiꝰ & occultauit se mensibꝰ quinq; . Du-
plici de causa. Vna q lic& de conceptu
gauder& tn̄ uerecundabat aliqntulum
eo qp iā transierat tpus uacādi āplexib'
causa prolis generande sic sarra dixit.
gen. xviii. postq consenui & dn̄s meus
uetulus est uoluptati opam dabo. q. d.
non dec& . Alia causa est quia magis r
uoluit certificari de euentu rei anq pro-
palaret . In mense aut vi°. Descripto con
ceptu precursoris hic cōnr describitur cō
ceptus saluatoris. Circa qd pō ponit ange-
lica salutatio . 2°. marie consolatio ibi .
Que quū audiss& . 3°. filij conceptio ibi.
Dixit autē maria . circa pmū pmittitur
tpꝰ saluationis quū dicitur in mense at
sexto . s. a cōceptu precursoris qa fuit cōcept'
in septembri circa finē mensis. saluator
autem circa finē marcij . Missus est an-
gelꝰ gabriel . Q aut ponunt hic tot no-
mina ppria . s. angeli missi : uirginis ad
quā mittebatur : sponsi sui : loci : hoc fuit
ad ostendendū certitudinē historie, cui no
men Nazareth . hoc fuit ut ĩpleret pphe-
tia isa. xi°. ubi dr: egredietur uirga de
radice iesse. & flos de radice eiꝰ ascēdet
. ubi secundū ueritatē hebraicā dr & Na-
zareus de radice eius conscend& . Ad uir-
ginem desponsatā . & hoc diuina ordinati-
one

multiplici ratione factum est ut dispensaretur
antequam impregnaretur. & accipiuntur alique
cause ex parte pueri. alique ex parte
matris. & alique ex parte nostra. Ex par-
te autem pueri fuit conveniens ipsum de
virgine nasci desponsata ne ab infidelibus
tamquam illegitime natus abiceretur. Unde dicit
Ambrosius super lucam. quid herodi quid iu- · ambros'.
deis posset ascribi si natum ex adulterio
viderent persequi. 2°. ut modo consueto scrip-
turarum genealogia Christi describeretur per virum.
3°. ut partus virginis diabolo celaretur.
4°. ut puer natus a ioseph nutriretur. unde
& pater eius dictus est quia nutricius eius
fuit. Ex parte vero matris accipiuntur ali-
que cause. primo quia per desponsationem
fuit immunis a pena lapidationis. ne tamquam
adultera calumniaretur a iudeis. 2°. ut per
hoc ab infamia liberaretur. unde dicit Ambro- · ambros'.
sius super lucam quod desponsata est ne teme-
rate virginitatis adduceretur infamia in
cui gravius alvus corruptele videretur insi-
gnia preferre. 3°. ut virgini a ioseph ex
hiberetur ministerium. ut dicit Ieronimus.
Item ex parte nostra accipiuntur cause. 1.
quia ex testimonio ioseph comprobatum est
Christum certius ex virgine natum. ut dicit · ambros'.
Ambrosius super lucam. Locupletior testis
fidei pudoris maritus adhibetur qui pos-
set dolere iniuriam & vindicare obprob-
rium si non cognosceret sacramentum. 2°. quia
per hec verba virginis virginitatem suam as-
serentis magis credibilia redduntur. unde · ambros'.
dicit Ambrosius super lucam. fides Marie ver-
bis magis ascribitur & mendacii causa
removetur. culpam obumbrare voluisse men-
dacio videretur innupta pregnans. causam
autem mentiendi desponsata non habuit
quum coniugii premium & gratia nuptiarum
partus sit feminarum. que quidem duo per-
tinent ad nostre fidei firmitatem. 3°. ut tolle-
retur excusatio virginibus qui propter incaute-
lam suam incurrunt infamiam. Unde Ambrosius · ambros'.
super lucam. Non decuit virginibus sinistre opi-
nione viventibus velamen excusationis
relinqui quod infamata quasi mater domini vide-
retur. Quarto quia per hoc significatur ecclesia que
quum sit virgo desponsata est tamen uni vi-
ro Christo. ut dicit augustinus libro de sancta virginitate. · augs'.
Quinto quia eo quod mater domini fuit desponsata
& virgo in persona ipsius simul virginitas
& matrimonium honorantur. Contra hereticos
alterum istorum detrahentes. De domo David.
hic exprimitur ad ostendendum quod Christus desce-
dit de semine david sicut fuerat per
prophetas predictum. licet enim ioseph non
fuerit pater salvatoris tamen virgo maria
de qua Christus carnem assumpsit fuit de
eadem tribu cum ioseph. Quod probatur
per hoc quod mulieres in hereditate paterna
succedentes non poterant contrahere ma-
trimonium nisi cum viris sue tribus. ne fie-
ret confusio sortium ut habetur ex domini senten-
tia. numeri .xxxvi. Beata virgo maria fuit
unica ioachim patri suo succedens ei in
hereditate. ex quo sequitur quod ipsa & ioseph cui
desponsata fuit erant de eadem tribu
scilicet ipsius david. Et ingressus ange- · bernar'.
lus ad eam. Bernardus super missus est di-
cit quod ingressus est in secreto cubiculo ubi
clauso super se hostio orabat patrem in absco-
dito. si enim conceptio precursoris fuit de-
nunciata patri occupato in sacro officio ut supra
dictum est. multo probabilius est quod conceptio
salvatoris denunciata fuit virgini in devoti-
one & oratione actualiter existenti. Ave
gratia plena. Quod exponit ieronimus · ieron'.
in sermone de assumptione. & bene ple-
na quia ceteris per partes prestatur gratia
Marie vero totam se infudit simul plenitu-
do gratie. Item ista gratia non solum replevit eius
mentem sed etiam ventrem in quantum singulari
gratia dei factum est ut conciperet salvatorem.
Dominus tecum. non tamen per essentiam tamen po-
tentiam & presentiam qualiter est in omnibus
rebus. nec solum per gratiam eo modo quo est

ĩ sanctis hoĩbꝫ. sed et per carnis assũptio
nẽ. quia corpus deitati unitũ fuit for
matum de beate ũginis purissimis san
guinibꝫ & intra uiscera ũginis latuit
nouẽ mensibꝫ. Benedicta tu ĩ mulierib⁹
i. pre omnibꝫ mulieribꝫ q̇a mulieres be
nedicent̃ in te, sicut et uiri in filio. Que
quũ audisset. hic consequenter ponit̃
ũginis consolatio de duobꝫ. i°. de cõcepti
one filij. 2°. de modo cõcipiendi. Dixit
autẽ Maria ad angelũ. Circa primum
sciendũ ꝙ bt̃a ũgo solita erat uidere an
gelos. & iõ de apparitiõe angeli nõ fuit
admirata, sed de salutatione insolita
q̇a nihil mirabilius est uere humili q̃
sua exaltatio. & iõ quũ bt̃a ũgo esset
humillima audiens salutatiõe; tante
excellentie t̃bata fuit. nõ t̃batiõe ĩcre
dulitatis. sic zacharias. ut sup̃dictũ est
sed turbatione admiratiõis. & iõ bene
subdr̃. t̃bata est in sermõe eiꝫ. s. angeli
nõ autẽ in uisione. & cogitabat qualis
esset ista salutatio. Quod enim t̃bata fuit
ũginalẽ uerecundiã humilẽ ostendit. Quod
autẽ cogitauit de salutatiõe declarat pru
dentia; Marie & iõ angelꝫ eã cõsolatur
dicens. Ne timeas Maria de salutatione
ĩsolita cuiꝫ causa subditur. Inuenisti gr̃a; enĩ
apd̃ dominũ. nõ solũ pro te sed p toto t
humano genere. iõ subditur. ecce cõci
pies in utero. Quia hec cõceptio nõ est
facta p apertionem claustri uirginal̃ sed
per uirtutẽ sp̃us sancti intra uteꝝ ũgĩs
corpus filij formantis. & paries filium.
Virgo p̃manens in partu sicut ĩ cõceptu
& uocabis nomen eiꝫ ihm̃. nõ dicit ĩpo
nes. quia hoc nomen fuit ĩpositũ a deo pa
tre, secũdũ ꝙ fuerat predictũ per isaia;
p̃phetã. lxii. cã. Vocabitur tibi nomen
nouũ quod os dñi nõiauit. sed istd̃ nom̃
fuit diuulgatũ per angelũ ip̃i Marie et
ioseph. & per eos alijs, nomen et ĩpositũ
est secundũ p̃prietatẽ futuram. quia salus
humanĩ generis futã erat p xp̃; . & hoc ẽ
qd̃ dicit angelꝫ ip̃i ioseph Mat̃. i°. Voca
bis nomen eiꝫ ihm̃. ip̃e enĩ saluũ faciet
pp̃lm suũ a pc̃cis eoꝝ. ih̃s enĩ salus ĩt̃pre
tat̃. hic erit magnus. semp. n. fuit magn⁹
deus, sed futurus erat magnus homo &
magnus p̃pħa scd̃m ꝙ dicit̃ luc̃. vii. cã.
Prophã magnꝫ surrexit in nob̃. & filiꝫ
altissimi uocabit̃, i. ip̃iꝫ dei qui solus est
altissimus. hõ enĩ altus est int̃ creatura͛s
corporales. sed angelus altior: deꝫ aut̃
solus altissimus. ista aut̃ filiatio dei
accipit̃ hic p nãm. in oĩbꝫ autẽ alijs q̃
tũcunq; sanctis est tm̃ filiatio dei p adop
tiõem. & dabit illi dñs deus sedem da
uid. Contrũ uidet̃ p hoc qd̃ dr̃ hr̃ ihere.
xii. de ieconia rege iuda. scribe uirũ istũ
sterilem. nec erit de semine eiꝫ q̇ sedeat
sup thronũ dd̃. Beata at̃ ũgo Maria de
qua natus est ih̃s descendit de ieconia
ut patet Mat̃. i. quia ponit̃ in x̊ genea
logia. Dicendũ ꝙ iheremias loquit̃ de
regno t̃porali ipsius dauid in q̊ nullus
postea regnauit de semine ieconie q̇a
iohñs hircanus & aliqui alij q̇ resũpse
runt regium nomen in iudea añ hero
dẽ ascalonitã nõ fuerunt de t̃bu regia
sed de tribu sacerdotali. Xp̃us etiã qui
descendit de ieconia scd̃m carnẽ de ũgĩe
Maria non sedit sup thronũ dd̃ loq̇ndo
de t̃porali regno. imo istud negauit co
rã pilato dicens, regnũ meũ non ẽ de hoc
mundo ioh̃. xviii. tñ in resurrectiõe sua
accepit p̃tatẽ & ĩ q̃tum homo sup oĩnes;
creaturam scd̃m ꝙ ip̃e dicit Mat̃. xxviii.
Data est m̃ omnis potestas in celo & ĩ t̃ra.
in q̃tum enim deus nõ accepit aliquã po
testatẽ de nouo siue in t̃pore, angelꝫ at̃
hic loq̃ de regno sp̃uali & celesti quod fi
guratũ fuit p regnũ Dauid t̃porale sicut
& celestis iherusalẽ p t̃poralem. Vñ subdr̃
& regnabit in domo iacob in eternum.
i. super electos. de domo enim Abraham.

ut esset

heb. i.

& isaac aliq̄ fuerūt reprobati. sic̄ ismael & esau. sed in domo iacob omnes filij eius a sanctis doctorib; inter electos sunt computati. Quia & si aliq̄ peccauerunt penitentiā egerūt. Et reg̃ eius nō erit finis. Xp̄us enī non solū ī q̄tū deus sed ī q̄tū homo regnabit ī eternū; nō solū sr̄ hoīes, sed etiā sr̄ angelos. Dixit aut̄ Maria. hic conseqūnter ponitur consolatio Marie q̄tū ad modū cōcipiēdi. licet enī crederet firmiter uerbū āngeli īplendū de cōceptiōe filij sibi pmissi quia quū angelus ad plenū nō expssisset modū concipiendi. iō de hoc q̄siuit btā ūgo dicens. Qmodo fiet istud tanq̄ enim certa de facto q̄rit de modo fiendi. cuius causa subditur. Qm̄ uirū non cognosco. i. nō cognoscere ppono. scd̄m enim q̄ dicūt doctores catholici btā ūirgo añq̄ desponsaret̄ ioseph hūit obseruantiā castitatis ūginalis in desiderio nō tñ nouit expresse. sed quū postea deo ordinante esset ei despōsata. que erat ī simili pposito, simul emiserūt uotū;. Et respondens angelus. A. d. declarandū modū concipiendi. Dixit ei sp̄us sanctus sr̄ueniet in te. i. nō concipies humano modo sed diuino. q̄a non ūtute seminis uiril' sed ūtute sp̄us scī. & bn̄ dixit supueniet in te. q̄a prius uenerat sp̄us scūs sr̄ ūginē adhuc in utero matris existentem et ab originali pūgando & ōūs dicitur. uel scd̄m alios a pctō originali p̄seruādo sed ī conceptiōe filij dei supuenit sp̄s scs̄ i. iterū uenit ad conferendū maiorē g̃re plenitudinē qui nō solū scīficauit mentē sed et uentrē. Et ūtus altissimi. i. dei filius q̄ est dei pr̄is sapiā & ūtus ut dicit̄ i. cor. i. cā. Obumbrabit tibi. Quia ī beata ūgine sub ūbra carnis latuit uirtus deitatis. ideoq; quod nascetur ex te sanctū. Dixit scm̄ absolute absq; determinatiōe Quia si dixisset sanctus deo ul̄ scūs homo uel aliq̄d cōsimile nō expssisset scītatē eius cōplete. q̄a in eo est scītas diuina & humana. & quidq̄d scītatis pt̄ excogitari q̄ ī q̄cunq; creatā eminētius ē ī xp̄o. iō dixit scm̄ absq; determinatiōe. sic̄ & deo dixit moysi exo. iii. Ego sū q̄ sum Sic dices filijs israel. q̄ est misit me ad uos. ut p hoc ostenderet̄ q̄ plenitudo essendi īmo infinitas est ppa ipi̅ dei. Vocabit̄ filius dei. nō adoptiuus sic̄ alij sed nālis. & ad maiorē assertionē declarat angelus dictū suū p exēplū quū dr̄. Ecce helisabeth cognata tua ipa cōcepit filiū in senectute sua. ut q̄ sup̄ naturā cōceptū dederat sterili daturū crederet et ūgini. & hic mensis est sextus illi s. mensi in q̄ ipa concepit. que uocatur sterilis. eius autē sterilitas a tāto tpore iā erat nota q̄ sic uocabat̄. uertn̄ quia istud exēplū nō est usq; q̄q; pfectū q̄a maius est ūginē cōcipe q̄ sterilē, īducit rationis efficaciā ex dei oīpotentia quū dr̄. Quia nō est īpossibile apd̄ deū omne ūbū. i. factū. quia dicere dei ē facere scd̄m illud ps. cxlviii. dixit & facta sūt. quidq̄d enī contradictionē nō īplicat totū est deo possibile. cuiusmōi ē ūgīe; cōcipe. Dixit aut̄ maria. hic cōtr̄ poīt filij dei cōceptio. q̄a maria certificata de ipo facto & de modo fiendi assensit fide & deuotiōe dicens hūilr̄. Ecce ancilla dn̄i. Sr̄ quod uerbū dix̄ ber. que est tā sublimis humilitas q̄ cedere nesit honorib; insolescere gloria nesciat Mater dei eligitur & ancillā se nōiat. Fiat m̄ scd̄m uerbū tuū. Qd̄ statim factū est & quia ūtute dei cōcepit filiū & discessit ab ea angelus pacto nūcio & filio dei cōcepto. In diebus illis. Postq̄ descriptus ē precursoris & saluatoris conceptus: hic cōseqūnt̄ describitur utriusq; ortus. & pō pcursoris. 2º. saluatoris. 1º cā. Circa ortū pcursoris pmittūt̄ aliq̄ precedentia. scdō

aliq̄ ortū comitantia. ibi. Mansit autē.
3° que d̄ i ortū cōsequētia. ibi. Et factū est
die uni. Circa pmum tria ponūtur. pmū
est exultatio nascitūi infantis. 2m est ins-
piratio mr̄is. ibi. Et repleta ē. 3. decāta-
tio ūginis ibi. Et ait maria. Mirabilis
autē exultatio pueri nascitūri fuit ꝓpter
pn̄tiam dn̄i sui in utero ūginali. Et iō
ꝑmittit aduentus Marie. quū dr̄. Exur-
gens aūt Maria. a quiete orōnis et de-
uotiōis que erat preuia oībꝫ operibus
suis. abijt ī mōtana. Quia locus ū mane-
bat zacharias erat altior galilea a qua
recessit Maria. Cū festinatiōe. ut ondere-
t qꝫ ūgo nō debet morari ī loco pu-
blico nec ibi cōmiscere colloqa. Et salu-
tauit helisabeth, qa erat humillima tū
qa iunior iō pus eā salutauit. Et quia
ad eiꝰ obsequiū uenerat. Et factū est
ut audiuit salutationē Marie helisabeth
exultauit infans in utero eiꝰ. cōgaudens
Augus. ad pn̄tiā dn̄i. hoc autē duobus modis po-
tuit fieri. scd̄m qꝫ dicit aug. Vno modo
sic qꝫ iohēs nōdū natus cognosceret per
spm̄ sanctū dn̄m pn̄tem in utō ūginis
et scd̄m hoc oportet dicere qꝫ ī eo fuit ac-
celeratus usus ratiōis. Alio m̄ sic qꝫ iohēs
nō cognosceret pn̄tiā saluatoris sed ma-
ter eiꝰ que habebat usū rationis. illa tn̄
motio pueri et exultatio facta est a deo
ad declarationē scitatis ūginis et plis in
ea existentis. sic de bt̄o francisco legitur
qꝫ aues rōne carentes predicationē eius
attente audiebāt ac si uerba eiꝰ ītelli-
gerēt. Quod factū est a deo ad ꝓbatiōē
predicationis uiri sci. neutrū tamē mo-
dū determinate asserit aug. sed dic̄ qꝫ
siue hoc modo siue illo facta fuerit dicta
exultatio attribuenda tn̄ est diuino mi-
raculo. Et hoc satis patet. qa nō poterat
fieri p naturā. aliqui autē alij exposito-
res dicunt determinate qꝫ facta fuit dicta
exultatio pmo modo. unde dic̄ grecus

expositor qꝫ ꝓpheta parente acutiꝰ uidet
et audit salutatoq; prophetatū. Et subdr̄
ibidem insinuauit gratia que nature
ignota extiterant. reclusus uentre mi-
les agnouit dn̄m ac regē oriturꝫ uetris
tegimine nō obstante mystice uisioni
inspexit. n. nō palpebris sed spū. Et re-
pleta est. hic cōnr describitur inspiratio e
matris que ondit quū dicit. Et exclama-
uit uoce magna. ista magnitudo magis
est intelligenda rōne deuotiōis īterioris
q̄ soni exterioris. Benedicta tu īter mu-
lieres. i. sup omnes mulieres. cuius ratio
subdit. Et benedictus fructus uētris tui.
Per hoc enī qꝫ cōcepat filiū dei cōtraxerat
qdāmodo infinitatē bonitatis: in q̄tū ma-
ter est filij bonitatis infinite. Angelus
autē salutans ūginē sup nō dicit benedictꝰ
fructus uentris tui. qa ūgo nōdū cōcepat
filiū dei. sed postea quū assensit tūc con-
cepit ut supdictū est. Et unde hoc mihi
et c̄. ista. n. nō poterat scire helisabeth
nisi p reuelationē spūs sci. Exultauit ī gau-
dio infans in utero et c̄. ipa enī helisabeth
p spm̄ sanctū cognouit qꝫ illa exultatio
fuit ꝓpter presentiam dn̄i in utō ūginali.
Et beata que credidisti. quia per assensū fi-
dei cōcepit. Qm̄ pficientur in te ea q̄ dicta
sunt tibi a dn̄o. p angelū nūciantē; Et
p spm̄ sanctū mentem ūgis illustrātē;
Et eā īmediate docentē. Et ait Maria. hꝫ
consequēter describitur decantatio ūginis
Et pmittit titulꝰ cantici quū dr̄. Et ait
Maria. hoc enī canticū intitulatur. qa cāti-
cū Marie nōiatur. Et subdr̄ ipm̄ canticum
Magnificat et c̄. q. d. maria. o helisabeth
tu me magnificas sed ego totū deo attribu-
ens ipm̄ magnifico ī hoc cantico. ū pmo
ponitur modus cantici. 2°. subdr̄ causa cā-
tandi. ibi. Quia prospexit. Circa pmū
declaratur laus ūginis tanq̄ magna quū
dicitur. Magnificat. 2°. deuota. ibi. aīa mea
nō tm̄ labia mea. 3°. ut debita. quū dicitur

dñm. cui debet̃ laus & honor | 4°. ut iocũ
da ibi. & exltauit spũs meus | 5°. ut refta
ibi. in deo salutari meo. & dicit in deo
rõne creatiõis. salutari. rõne recreationis.
meo. rõne assumpte humanitatis. Qui
sic fuit ipĩꝰ ũginis & nõ alteriꝰ. Quia
respexit. hic coñr describit̃ causa cantã
di. s. diuina beneficia collata. & pmo r̃
ũgo recolit bñficia sibi collata singlari
ter. 2°. beneficia collata toti mũdo gene
raliter ibi. & mĩa eiꝰ. & 3°. beneficia col
lata pplo iudeoꝝ spalr̃. ibi. Suscepit is
rael. Circa pmũ dr̃. Quia respexit & c̃.
quasi dicat ũgo bt̃a bene debeo magni
ficare & laudare dnm̃. q̃a respexit hu
militatẽ ancille sue. q̃a licet ex õibus
ũtutibꝰ fuerit disposita ad cõceptionem
·beznaz⁹· filij dei: spãliter tñ fuit hoc ex hũilitate.
Ecce enĩ ex hoc btãm me dicent omnes
generationes. i. iudei & gentiles. ex õibꝰ
enĩ gñatiõibꝰ aliqui sunt cõuersi ad
fidem qui cõfitent̃ istam ũginẽ btãm. hoc
et pat& ĩ sarracenis. Vñ in alchorano ma
chometi dr̃ de Maria ũgine. Dixerunt
angeli. O maria deus uatiq; elegit te et
purificauit te: et anũciauit tibi uerbũ ex
ipõ. nomen eiꝰ ihũ filiꝰ marie. & alibi ĩ
eodẽ libro dixerunt angeli. O maria deꝰ
utiq; elegit te & purificauit te & elegit
te clarã sup mulieres seculoꝝ. & multa
alia ibi dicunt̃ ad laudẽ ũginis. Q̃a fecit
mihi magna. i. ĩ sanctificatione. sed maxĩ
ĩ filij dei conceptiõe. Qui potens est. Vtu
te enim potentie dei infinite facta sunt
hec. & sanctũ nomẽ eiꝰ. Q̃a quidquid
scĩtatis pt̃ excogitari totũ eminentiꝰ est
ĩ deo. & mĩa eiꝰ. hic recolit beata uirgo
bñficia exhibita toti mũdo. quũ dicitur
mĩa eiꝰ. i. beneficiũ incarnatiõis quod ex
mĩa dei factũ est. unde petebat dauid
õnde nobꝭ domine mĩam tuã. q. d. osten
disti potẽtiã tuã ĩ creatiõe mundi de
nihilo. & sapiam tuã in mũdi gubna
tione sic ordinata. & iusticiã tuã ĩ pcco
rũ punitiõe sicut in diluuio & subuersiõe
sodome & gomorre. & io ostende nobꝭ
dñe mĩam tuã in filij tui incarnatione.
A progenie. s. iudeoꝝ. Quia sicut io. 4°:
salus ex iudeis est quia incarnatio facta
est in ũgine iudea natiõe. sed q̃a bene
ficiũ incarnatiõis ad totũ mũdũ diffũ
ditur: io subdit̃. in pgenies. s. omnium
gentiũ. Verũtñ quia lic& beneficium
incarnatiõis se extendit ad omẽs q̃tũ
ad sufficientiã nõ tñ q̃tũ ad efficaciã;
sed tm̃ ad iustos. io subditur. Timenti
bus eũ. s. timore filiali & casto. Fecit
potentiã in brachio suo. i. in filio suo
qui uocatur brachiũ domini. isa. Liii.
brachiũ domini cui reuelatũ est. Disp
sit superbos. i. legis ptos & phariseos q̃
fuerunt supbi. Mente cordis sui. sper
nentes cõsilium dei. ut dr̃ infra. vii. cã.
& ipi cũ ceteris iudeis. xlii. anno a pas
sione x̃ fuerũt capti & captiuati p Titũ
& Vespasianũ & p orbem dispsi. & lo
q̃t hic bt̃a ũgo de futuro p modũ p̃titi
ppr certitudinẽ euentꝰ sue pphie. De
posuit potentes de sede. i. iudeos q̃ erãt
potentes in lege & pphis dimittens eos
ex suo demerito in profundo erroris se
cundũ q dicit̃ ro. xi. cecitas cõtigit ĩ isrl
et exaltauit humiles. i. gentiles hũilr
et deuote pdicatiõem apostoloꝝ susci
pientes. & io subdr̃. Esurientes ĩpleuit
bonis. Quia gentiles cũ magno desidio
qd̃ p esuriem designat̃ uerbum dei rece
punt. & diuites dimisit inanes. i. legis
ptos diuitijs scripturarũ priꝰ repletos
dimisit inanes p excecationẽ eoꝝ & fal
sum intellectũ scripturarũ. Suscepit isrl
puerũ suũ. hic recolit bt̃a ũgo beneficia
exhibita pplo iudeoꝝ spaliter quũ dicit̃.
Suscepit israel puerũ suũ. Quia deus ac
cepit carnẽ puerilẽ de pplo israel qd̃ fuit
speciale beneficiũ illi pplo collatũ. maxĩe

q̄tū ad credentes de populo illo. Recordatus est mīe sue. Ad modū enī recordationis se habuit qn̄ filiū suū p̄ribꝰ ātiqs promissum in carnē misit. ideo subdit. sic locutus est ad patres nr̄os. s. ad patriarchas & pp̄has. Abraham & semini eiꝰ. scdm̄ qd dicitur gen̄. xxii. In semine tuo benedicent omnes gentes terre. in scl̄a. Quia caro humana p̄manebit et̄naliter diuinitati unita. Mansit aut̄ Maria. hic consequnter describunt̄ concomitantia ortū precursoris. qͣꝝ p̄mū respicit ūginē quod notat̄ quū dicit̄ mansit aūt Maria cū illa. s. cū helisabeth. pro eiꝰ cōsolatione & obsequio uenerat. qͣ tribꝰ mensibꝰ. & sic pat& qd mansit usq; ad tpꝰ partꝰ helisabeth. qͣ in fine sexti mensis nūciauit sibi angelꝰ cōceptū eēm helisabeth. & reūsa est in domū suā. cōpleto tn̄ pꝰ ortu precsoris ut cōiter dr̄. un̄ dicūt aliqͥ qd ipsa recepit p̄cursorē & tenuit. aliqͥ tn̄ doctores ut theophilus & grecus dicūt qd iminente partu helisabeth recessit. tū quia ūgines in partu mulieꝝ non solent adesse. tū quia alie mulieres iam uenerant ad partū helisabeth. & ħ ideo obseqū Marie nō erat ultra sibi nc̄cium qd p alias mulieres poterat fieri. scdm̄ respicit matrē p̄cursoris. Quod notatur quū dr̄. helisabeth ipletū est tpꝰ pariendi. s. ix. mensiū. & pepit filiū. sicut p angelū fuerat predictū. & audierūt uicini. i. illi qui erant cohabitantes. & cognati. qͥ erant ex eiꝰ cōsanguinitate uł affinitate. Quia magnificauit dn̄s mīam suā cū illa. i. magnam mīam ei fecit auferēdo sterilitatis obprobriū. & dando ei talem. ac tantū filiū nūciatū mirabilr̄ & cōceptū supnaturalr̄. & congratulabant̄ ei scdm̄ qd dixerat angelꝰ zacharie. Multi in natiuitate eiꝰ gaudebunt. & factū est. hic ponunt̄ consequentia ortū precsoris. Quoꝝ p̄mū est pueri nati noīatio

2°. ppl̄i admiratio ibi. & mirati sūt uniūsi. 3°. patris inspiratio ibi. zacharias. Circa primū dr̄. die octauo. s. a natiuitate p̄cursoris. Venert̄ circūcidere puerū. sicut p̄cepit̄ gen̄. xvii. de rōne huiꝰ p̄cepti & modo intelligēdi dictū fuit ibi. & qͣ ī circūcisione imponebat̄ & c̄. nom̄ puero sic modo īponitur in baptismo. i. subdr̄. & uocabant eū nomē sui patris zachariā. Qͣ istud fuit antiqͥtꝰ satis cōiter obseruatū. & adhuc obseruat̄ cōit̄ maxime ī magnis psoīs qd p̄mogēitꝰ filiꝰ noīat̄ noīe patris. & respondens mat̄ eiꝰ dix. Nequaq̄. s. uocabit̄ zacharias. sed uocabit̄ Iohannes. Hoc enī fuit a deo sibi reuelatū qͣ a marito nō didicit quū eēt factus mutus anq̄ rediret ad eam de templo ut pat& ex p̄dictis. Nemo est ī cognatione tua qͥ uocet̄ hoc noīe. Nō est ītelligēdū qd nullꝰ iudeꝰ uocatꝰ fuiss& priꝰ iohannes. qͣ alij iudei fuerūt ante sic noīati. ut pat& libro machabeoꝝ de iohanne fratre iude Machabei. & de iohe Eupolemij. sed cognatio hic accipit̄ propinqͥtas generis de qua nullꝰ sic uocatꝰ fuerat de cognatiōe helisabeth uel mariti eiꝰ. Innuebant autē patri eiꝰ. p signa uisibilia. Ex qͦ pat& qd nō tm̄ erat mutꝰ sed etiā surdꝰ. Si enī potuiss& intelligere uerba que meliꝰ & breuiꝰ exprimunt mentis cōceptū que fuiss& ab eo p uerba et nō p talia signa. Iohannes est nom̄ eiꝰ. i. hoc nomen ei nō impono. sed īpositū est a deo. & mirati sunt uniuersi. hic cōseqͥnter describit̄ ppl̄i admiratio ex mirabilibus que dicebant̄ circa puerū natū & parentes eiꝰ. uidelic& ex mirabili cōuenientia patris & matris in noīe pueri & ī loquela reddita pat. Ideo subdr̄. Apertū est ilico os zacharie. p cōfessiōe; enī fidei ī scripto q̄ uerbo facere nō poterat. īmit liberari. sicut ppr uerbū dubitatiōis demeruerat ligari. & factus est timor

magnus sr̃ uicinos eoꝝ .i. admiratio ma
gna uel timor dñi q̇ sic mirabilr̃ puni
erat zachariam & liberauerat. & sup
om̃ia montana iudee diuulgabantur
om̃ia hec ũba. Qȧ facta ĩsolita & mira
bilia libentiꝰ narranr̃. & posuerñt om̃s
q̇ audierũt in corde suo. qa talia magi
memorie com̃endanr̃ dicentes. Qs̓ pu
tas iste erit ? q.d. ualde magnus erit.
Cuius ratio subdr̃. Etenĩ manus dñi e
rat cũ illo. i. ũtus dei opatiua miraculo
rũ in eius anũciatiõe conceptiõe & na
tiuitate ostẽsoꝝ. ex q̇bus ratiõabiliter
concludebar̃ magnitudo pueri futura
corã deo sic̃ fuerat predictũ zacharie:
& erit enĩ magnus corã dño. & zachari
as. hic conñr describitur patris inspiratio
quũ dr̃: & zacharias pater eius ĩplet͛
est spũ sc̃o. & subdr̃ eiꝰ pphia p modũ
cantici seu diuine laudis expressa. quũ
dicir̃. Benedictus & c̃. In q̊ cantico p̃
mittit ptinentia ad redemptorẽ. 2°. p
tinẽtia ad ipius p̃cursorẽ. ibi. & tu pu
er. Circa primũ dr̃. Benedictus dñs oĩ
ũ p generationẽ & gubernationẽ deꝰ
p creationẽ. israel p specialẽ cultũ & de
uotionẽ & beneficioꝝ spũaliũ ppl̓o isrl̓
exhibitionẽ. Quia uisitauit. i. uisitabit
Loq̇tur enim de fut̃o p modũ preteriti
ppr̃ pphie certitudinẽ. hec aut̃ uisita
tio facta fuit in x̊ natiuitate q̃ erat ad
hẽc futã & cõuersatiõẽ qa uisitauit nos
sicut medicus infirmũ. scd̃m q dr̃ luce
vi°. Virtus de illo exibat & sanabat oẽs.
& fecit redemptionẽ in sua benedicta
passione p quam redempti sumus. &
erexit nob̃ cornu salutis. i. ũtutẽ conse
quendi salutẽ eternã. & hec fecit in sua
resurrectiõe. quia resurrexit ad uitam
ĩmortalẽ. educens p̃res sanctos de libo
ĩferni detentos ibidẽ. & in sua ascensi
one qua illos ad celestia introduxit. In
domo Dauid pueri sui. Quia in ista ad

ĩpleuit xp̃us ĩ carne assumpta de domo
Dauid. Sicut locutus est p os sanctorũ & pphaꝝ
qui a seculo sunt. & hoc est a mũdi p̃n̊
qui ista p̃dixerũt scd̃m q dr̃ act. x°. hu
ic om̃es pphe testimoniũ phibent & c̃.
sic̃ pmiserat p pphas ita fidelr̃ adiplẽũ
Salutẽ ex inimicis nr̃is. supple cõsecu
ti sumus p xp̃m uidelicet de mũdo car
ne & diabolo. Ad faciendam mĩam cum
patribus nr̃is. Quia mysteriũ incarnatio
nis ĩpleuit nõ ppr̃ nr̃am iusticiã sed ppr̃
suã misericordiã implendã quã p̃rbus
pmisit. & memorari testamenti sui. i.
pacti firmissimi. qd̓ hũit cũ patribꝰ ue
teris testamenti de x̊ uenturo. de quo
testamento adm̃; memorãtis seu recor
dantis se habuit q̃n pactũ ĩpleuit. Iusiu
rãdũ qd̓ iurauit ad Abrahã p̃re; nr̃m
De quo dr̃ gen. xxi°. p me metipm; iu
raui & c̃. quod iuramentũ ĩpleuit deus
par̃ mittendo filiũ Datũm se nob̃. Qa
deꝰ p̃r dedit etiã se nob̃ in filio qui est
eiusdẽ substantie cũ p̃re. Vt sine timo
re: & c̃. qȧ p hoc euacuar̃ timor seruilis
q̇ non ẽ in caritate. & tu puer. hic cõseq̃n
ter exp̓mit in cantico que ptinent ad p̃
cursorem dirigens ad ipm sermonẽ. si at̃
q̃rar̃ quare ad ipm sermonẽ dirigeret
quũ puer adhuc nõ intelligeret. dicit̃
aliq̇ q ũtute sr̃natãli ĩtelligebat p̃rem
loquẽtẽ sic̃ intellexit xp̃m in utõ matris
existentẽ ut predictũ est. Alij at̃ dicũt
q sic loq̇batur puero nõ ppr̃ eiꝰ ĩtellecti
onẽ sed ppr̃ alioꝝ instructionẽ de mys
terio ĩcarnatiõis q̇ habebit usũ rationis.
pph̃a altissimi uocaberis. Conr̃ istud ui
der̃ illud ẽẽ io. i. cã q iohñs baptista ne
gauit se ẽẽ pphãm. ad quod dicendũ q
uerũ respondit scd̃m intentionẽ q̃rẽtiũ
qa q̃rebant si ẽẽt unus de antiq̇s pphetis
ut helias uel heliseus uel huiusmodi ut
p; ibidem. & scd̃m ueritatẽ non erat u
nus ex illis. Aliter aut̃ dr̃ q negauit

se esse ppham tm quia fuit ppha & plus quam ppha secundum testimonium saluatoris Mat. xi. preibis an faciem dni .i. an filium qui est similitudo uel facies dei pris. Per faciem enim designatur noticia secundum gg. sr ezechie. ea aut que ad noticiam ptinent in diuinis filio appropriantur. Parare uias eius. per predicationem xpm anunciando. & per baptismum assuefaciendo enim homines ad baptismum iohannis disponebantur ad facilius recipiendum baptismum xpi. Ad dandam sciam salutis plebi eius .i. ad predicandum salutem fiendam per xpm. Per uiscera mie dei nri .p intimam & occultam dei miam facta sunt hec. Oriens ex alto .i. ex sinu pris in mundo. Illuminare hiis qui in tenebris sedent .i. patribus in limbo existentibus quos xpus illuminauit quando post passionem suam ad ipsos descendit. & umbra mortis. in uiuentibus adhuc in mundo que est quedam umbra mortis. quos illuminauit xpus per se ipsum predicando. & aplos per orbem ad predicandum mittendo, ut hr. Mar. ulti. Puer aut crescebat. hic aut consequenter describitur precursoris nati & pfectus & conuersatio quum dicitur. puer aut crescebat quantum ad augmentum corporis & cofortabatur spu quantum ad augmentum gre & uirtutis. & erat in desertis. quantum ad pfectionem conuersationis. ibi enim habitauit usque ad tempus sue pdicationis ut ibi contemplationi liberius uacaret & diuinam sapiam hauriendo quam postea effudit predicando. & ut uiuens in desertis uitam austeram duceret. & ne ex cohabitatione cum peccoribus in tumultu ppli maculam aliquam in fama uel in uita contraheret. usque in diem ostensionis sue ad israel. Quod factum est anno xv. ipius tiberii cesaris. Tunc enim exiit de deserto ad predicandum pplis ut hr infra .3. capto.

Factum est aut. Capitulum .ii.

Descripto ortu pcursoris. hic consequenter describitur ortus saluatoris. & post describitur ortus saluatoris. 2o. debitus ritus. ibi. & postquam consumati sunt. 3o. pueri pfectus ibi puer aute crescebat. Circa primum .s. ortum saluatoris. primo describitur tps. 2o. locus. ibi. & ibant omnes. 3o. Virginis partus. ibi factum est aut. 4. angelorum cantus. ibi. & pastores erant. Circa primum dr. exiit edictum a Cesare augusto. hic ostenditur tpus natiuitatis xpi. qui natus est anno xlii. Augusti cesaris. qui noiatus est Augustus ab augendo, quia nobiliter auxit imperium romanum. & propter hoc in diebus suis aliis gentibus ipso romano subiectis fuit in orbe pax uniuersalis. io madauit ut describeretur uniuersus orbis, ut per hoc sciretur quali terre diuerse essent populate & quanta tributa singule possent reddere ut sic tributis indebitis non grauarentur & sciretur per quem modum singule terre sub ipso romano melius regerentur. & ex hoc etiam patet quod xpus natus fuit tpore pacis maxime, sicut fuerat prenunciatum a pphetis ps. lxxi. Orietur in diebus eius iusticia & abundantia pacis. Item isa. 2o. non leuauit gens contra gentem gladium. & ix. uocabitur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis pater futuri seculi princeps pacis. Hec descriptio prima. Dicitur autem prima quantum ad generales descriptiones orbis. Quia ante istam bn fuerunt alie descriptiones particulares sic patet. 2o. re. xxiiii. & primo paralip. xxi. de numeratione ppli. & descriptione quam fecit ioab de mandato Dd. Dicitur et prima secundum alios, quantum ad alias partes eiusdem descriptionis. quia Siria est in medio terre habitabilis. & ideo ibi fuit inchoata ista descriptio, ut inde denunciaretur in aliis puinciis fieri singulariter. A preside Sirie Cirino. hunc enim Cirinum Cesar Augustus prefecerat Sirie ad ipsam regendam. & ibant singuli. hic describitur natiuitas saluatoris quantum ad locum. Quia ista descriptio pcepta erat fieri in pncipalibus ciuitatibus, & ibi conueniebant

ueniebant

qui ibi habuerant originē. ut sic desc̄ptio
fieret non solū secundū numerū psonarū
sed etiam scd̄m determinatiōe genealogi
arū ut sciret̄ numero determinato nobi
lium & ignobiliū. & hoc est qd̄ dicitur
& ibant omnes ut pficiscerent̄ singuli
ī suā ciuitatē. Pficiscebant̄ aut̄ dupliciť
se ēē subiectos romano ipio. s. scripto qa
eorū nōia scribebant̄ de mandato īpato
ris. & ēt facto qa soluebant censū īpatori.
Ppter quod numismate census erat ima
go īpatoris. ut habet̄ Mať. xxii. Ascen
dit autē & ioseph a galilea ī qua mane
bat in iudeā ciuitatem dd̄. Iudeam hic
accipi adiectiue. qa bethleem est quedā
ciuitas in regno iudee & uocat̄ ciuitas
Dauid quia inde oriundus fuit. ut hr̄
i. reg. xvi. eo qp esset de domo Dd̄ & fa
milia Dd̄. ut pat& p genealogiā desc̄ptā
capľo sequenti & Mať. i. Ut pfiteret̄ cū
Maria sibi desponsata uxore p̄gnante.
ipa enī erat de eadem tribu cum ioseph
& successerat ī hereditate p̄rna. ideo iuit
ad pfitendū cū eo licet esset partui ppin
qua. hoc diuina dispensatiōe factū est
ut sic xpūs nasceretur in Bethleē sicut
erat predictum Michee. v. Et tu Bethleē
efrata paruulus es in milibus iuda. ex te
enī exiet dux qui reget ppl̄m meū isrl̄.
et egressus eius ab initio a diebus ētnitatis.
Factum est aut̄. Hic consequent̄ describit̄
uirginis partus quū dr̄. Et pepit filiū suū
pmogenitū, non qa post illū Maria alios
filios habuerit, ut dicit heluidius hereticus
sed quia an̄ illū alium nō habuit. Un̄ et
ī lege filius unigenitus offerebat̄ dn̄o et
redimebatur tanq̄ primogenitus. qa ab
uno mense redimebat̄, ut habet̄ numeri.
4. & tūc pmogenitus dicebatur dato qp n̄
nullus alius sequeret̄. & pannis eū īuoluit
p se ipsam ex quo fit pat& falsitas libro
de infantia q̄ scribitur libro de īfantia
saluatoris. s. ipā obstetrices habuisse in

& dr̄ pmogenitus

partu quia nō requirunt̄ nisi ppr̄ afflicti
onē matris in partu. q nō hūit locū ī uir
gine quia pepit sine dolore imo cū ma
ximo gaudio & dilectione. & iō per se
ipam puerū natū recepit īuoluit & re
clinauit. ut hic dr̄. & reclinauit eū ī pre
sepio. Ioseph enī illo itinere adduxerat
secū asinū ad portandū uxorē pregnā
tē. & bouē ad uendedū in Bethleē ū erat
congr̄gatio ppl̄i magna. ut de precio sol
uer& expensas in uia. & illis duobus aīa
libus fecit presepiū iuxta se in quo bt̄a
uirgo reclinauit filiū natū scd̄m qp fue
rat dictū Abacuch. 3. cā. scd̄m trāslatiōe
lxx. quā seq̄ officiū ecc̄liastică. Dn̄e au
diui auditū tuū & timui cōsideraui o
pa tua & expaui in medio duorū aīaliū
fuit enī pphe admiratiōis pauor qa in
loco tam humili reclinaret̄ saluator.
Un̄ subdit̄. Quia nō erat locus ī diūsorio.
Est enī diuersoriū hospitalaria ad quā
diuertūt uenientes ab ext̄ ad hospitā
dū. Ciuitas aut̄ Bethleē tunc erat pleā
ppľo q̄ uenerat ad p̄dictā pfessionē. &
illi qui erant potentiores occupauerant
loca maiora. & iō ioseph licet eēt de no
bili genere ut p̄dictū est. non tn̄ erat de
ditioribus. & iō ita paruū locū hūit qp e
saluator natus in presepio reclinatus fuit
ad ipletionē pphie predicte. & ad dan
dū exemplū humilitatis pfecte a qua
saluator incepit a natiuitate & eam
cōtinuauit usq; ad mortē, mortē at̄ cru
cis. scd̄m qp dr̄. phil. 2. cā. & pastores. H
consequenter describit̄ angelorū cantus
exultantiū in natiuitate saluatoris. &
primo describit̄ natiuitatis huius denun
ciatio. 2. angelorū exultatio. ibi. &
facta est cū angelo. 3. pastorū deuotio.
ibi. & factum est. Circa pmū premittit̄
q̄bus facta est dicta denunciatio. Quū
dicit̄. & pastores erant in regiōe eadē
uigilantes. erant enī simplices & absq;

cautelis malicie & occupati in officio sco-
rū p̄riarcharū qui dicunt̄ fuisse pastores
gen̄ . xlvii . talibus autē solent fieri diui
ne illuminatiōes & cōsolationes & nō
hominibꝫ in sapientia huiꝰ mūdi que
stulticia est apud deū occupatis . sc̄dm
q̄ dicit saluator Mat̄ . xi . confitebor t̄
dn̄e celi & terre . q̄a abscondisti hec a
prudentibꝫ & sapientibꝫ & reuelasti
ea paruulis . ideo subdit̄ . Et ecce ange
lus dn̄i iuxta illos . paratus ad reuelan
dum eis diuina . & claritas dei circūfulsit
illos . nō tm̄ exterius in corpore , sed etiā
int̄ꝰ in mente . & timuerūt ex īsolita
uisione . Sed angelus consolat̄ eos dicēs .
Nolite timere . cuius causa subdit̄ quꝫ
dicitur . Ecce enī euangelizo uob̄ gaudi
ū magnū quod erit oī p̄p̄lo . nō solum iu
deorū sed etiā gentiliū . Qui natus est uo
bis hodie saluator . & dicit hodie . quia
q̄uis esset nox erat tm̄ pars diei natalis .
Vel aliter & melius ut uidet̄ . & nox illa
ex claritate diuina predicta fuit ita il
luminata ut si esset dies clarissima sc̄dm
q̄ fuerat predictū p̄s . c . xxvii . & nox
sicut dies illuminabit̄ . q̄ est xp̄us dn̄s . ꝛ
xp̄us grece idem est q̄ unctus latine . An
tiq̄tus aut̄ in ueteri lege ungebantur
tm̄ reges & pontifices . xp̄us autem rex
est & potifex . & iō benedicit̄ xp̄us . i .
unctus non untione humana sed diuina
quia in humanitate p nob̄ assumpta fu
it unctus a deo patre , imo a tota trinitate
plenitudine gr̄e , secundū q̄ dr̄ p̄s . xliiii .
Vnxit te deus deus tuus oleo leticie . ppr̄
q̄d dr̄ . io . 3° . cā . q̄ datus est ei sp̄us nō ad
mensurā . s . aliorū hominū , sed secundum
omnē plenitudinē nō solū sufficientie
sed et redūdantie in omnes alios q̄tū ad
sufficientiā , sc̄dm q̄ dr̄ io . i . & de plenitu
dine eiꝰ omnes nos accepimus . Et hoc uo
bis signū inuenietis infantē pannis inuo
lutū . p hoc enī q̄ angelꝰ dedit eis signū

magne humilitatis & paup̄tatis significa-
tū fuit pastoribꝫ q̄ non uenerat ad regnā
dū t̄poralit̄ , ut scribe iudeoꝝ credebant
xp̄m uentūm . & p̄t autē simil̄r dici q̄
illud fuit p̄prium signū saluatoris nati .
Ad cuius intellectū considerandū q̄ illa
que fuerūt in ueti testamento fuerūt figē
noui , ut dr̄ infra . i . cor . x . in ueti autem
testamento duo saluatores iudeoꝝ īper-
fecti tm̄ precesserant tanq̄ figure saluato
ris p̄fecti ih̄u x̄ . primus fuit Moises qui
liberauit eos de seruitute egyptiaca , ut
h̄r exo . 2° . Secundꝰ fuit Cyrus q̄ libera
uit eos de captiuitate babilonica , ut h̄r
i . Esdre . i . cā . & utq̄ꝫ de nouo natus fuit
inuentus in magna paup̄tate , sicut patet
de Moise exo . 2° . quē inuenit filia pha-
raonis positū in flumine in fiscela iūcea .
Simil̄r dr̄ de Cyro in scolastica historia
sup Daniele . q̄ Astiages rex medoꝝ &
p̄sarū uidit in somnis uitē nascentē de
utero filie sue totā asiā occupantē . &
a coniectoribus sibi fuit responsū q̄ uisio si
gnificabat ex ea puerum nasciturū qui
occuparet regnū p̄sarū & medorū . p̄pter
q̄d timens ne ipse uel filius suus pro hoc ꝛ
regno priuarent̄ dedit filiam suā militi
paup̄i cū hoc etiam q̄ quū filia sua facta
fuisset pregnans fecit t̄p̄us partus sui ex-
plorari . & puerū natū sibi apportari , quē
tradidit cuidā militi ut secrete īterficeret .
Qui cōpatiens puero ip̄m nō interfecit sꝫ
in quodam nemore fortune dimisit . ad
quem quedā canicula pastoris regis qui
erat iuxta nemus frequent̄ ueniebat &
ip̄m lactabat . & pastor predictus uolēs
scire ꝗ canicula declinabat inuenit pueꝝ
ita paupem tacentē quē accepit & tradi-
dit uxori sue nutriendū . & postea factꝰ
est rex persarū atq̄ꝫ medoꝝ ad delibera-
tionē iudeoꝝ . quū igī figura & figatū
debeant h̄re correspondentiā . & predicti
duo q̄ fuerant figure x̄ in maxīa paupta
te

inuenti fuerunt in sua natiuitate sig-
nū cōueniens & correspondens figure.
dedit angelus pastoribus de xpi nati
inuentione dicens. Inuenietis īfantē
pānis inuolutū & positū in presepio.
& credendū est qꝫ pastores hic ītelle-
xerunt illuminati a deo. & facta est.
hic consequēter ponitur angelorum exul-
tatio quū dicitur. & facta est cū ange-
lo. q̄ tanq̄ pricipal inter alios nūciauer-
rat xpi natiuitatē. Multitudo militie
celestis. i. angelorum q̄ noīe militie desi-
gnantur. quia p salute hoīum cū demōibus
preliantur, scd'm qꝫ dicitur apo. xii. Mi-
chael & angeli eius preliabantur cū dra-
cone & c̄. Laudantium deū de xpi na-
tiuitate. eo qꝫ desid' p ipm̄ sciebant ho-
mines reduci ad salutē, q' desiderant
ruinā angelorum p hoc reparandā. & di-
centiū. gloria in excelsis deo. Quia lic&
eius glīa ubiq; reluceat, maxime tamē ī
celo empireo, ubi est angelorū & bonorum
habitatio. & in terra pax hoībus bone uo-
luntatis. i. hominibus bonis p bonitatē ei;
uoluntatis dicitur homo simpliciter magis
bonus, q̄ per bonitatē aliarū potentiarū;
anime. Quia uoluntas mou& alias poten-
tias ad actus suos. & iō bonitas eius uel ma-
licia in omnes alias potentias redundat
sicut influentia cause mouentis ī motis
ab ipa. Malis aūt hoībus nō est pax. sed;
qꝫ dicit isa. xlviii. nō est pax ī piis dic̄ dn̄s
Ex hoc etiā uerbo angeli pat& qꝫ illa pax
que pricipalr p pphetas predicta fuit
uentura seu futura in aduentu xp̄i erat pax
īterior bone uoluntatis. Quia scd'm qꝫ
dr̄ pū. xii. non contristabit iustū quid-
quid ei acciderit. pax aūt tp̄oralis que
fuit in aduentu xpi pacatis oībus gētibus
sub īpio romano fuit figura huius pacis
principalr intente. & factū est. hic cō-
sequenter describit pastorum deuotio. q'a
statim post uisionē istā dimisso grege
ierunt ad uidendū puerū natū dicētes.
Transeamus usq; Bethleē & uideamus
hoc uerbū. i. puerū natū per ūbū angli
nobis significatū. Quod fecit dn̄s. hic nō
de textu. greci enim & antiq̄ nō hn̄t
fecit, sed tm̄ qꝫ dn̄s ostendit nob. & ue-
nerūt festinantes. ex desiderio xp̄m
uidendi principalr. & secūdario ut ci-
tius redir& ad gregē quē sine custodia
dimiserant. & inuenerūt & c̄. sic angls
eis dixerat. Uidentes aūt cognouerūt
de ūbo. Quia nō solū fuerunt illumīati
exterius, sed etiā interius de cognitiōe
ūbi incarnati, ut dictū est. & omēs qui
audierūt admirati sūt. & maria admi-
rationis subdit quū dicit. & de his. &
accipitur hic pro idest. i. de iis q̄ dicta
erant a pastoribus ad ipos, sicut supius ē
expressū. Maria aūt conseruabat oīa
ūba hec cōferens in corde suo. Q'a prude-
ter attendebat q̄modo pphie iplebantur
ī puero nato. & ista collatio erat ei ual-
de delectabilis & toti ecclie ualde utilis
Quia scd'm qꝫ dicit ihero ī sermone de as-
sumptione beate ūginis. ipsa post assūp-
tionē filii sui remansit ad tp̄us ī terris cū
aplis, ut eos plenius instruer& de ūbo in-
carnato de q̄ erat plenius edocta p sp̄m
scm̄ & oīa familiarius uiderat & tracta-
uerat, ppr q̄d melius exprimere poterat. se-
cūdū qꝫ dic̄ tho. q̄d melius nouimus me-
lius & proferimus. & reuersi pastores.
Redeundo ad gregē suū glorificantes
& laudantes deū de beneficio toti mūdo
collato generalr & eis oñso spālr. iō sub-
dit. In omnibus que audierant & uiderāt.
& postq̄. hic consequēter ponit debito rit'
circa puerū natū. Quia secūdū ritū ueūs
legis debebat circūcidi & in tēplo offerri
& iō pmo agit de eius circūcisione. 2°. de
xpi oblatione ibi. & postq̄ impleti sūt.
circa primū dr̄. & postq̄ consumati sūt
dies octo. hoc erat tp̄us determinatū circū-

[left margin:] aug. li. de ps̄e. di.
[right margin:] tom.
[foot:] In puatis ꝫ hic pncipualr; p ūoz uolūtatē; q̄ est a ūtute morali. 6. ethi

cisionẽ: put hr̃ gen̄. xvii. Voluit aũt xp̄s
circũcidi q̄uis non esset legi subiectus. p°
ut osnderet in se ueritatẽ carnis humane
cõtra Manicheũ qui dicit eũ habuisse
corpus fantasticũ. & contra Valẽtinũ di
centẽ xp̄m corpus de celo attulisse. 2°.
ut approbaret circũcisionẽ quã deus olĩ
instituerat. 3. ut osnderet se esse de gn̄e
Abrahe q̄ circũcisionis mãdatũ accepit.
gen̄. xvii. & cui facta est repromissio
de x̄. 4°. ut iudeis excusationẽ tolleret
eũ nõ recipiendo si esset icircũcisus. 5°. ut
obedientie uirtutẽ nob̄ suo cõmendaret
ex°. p̄ceptũ legis obseruans. cui tñ nõ erat
subiectus. 6°. ut qui in silitudĩem carnis
peccati uenerat remediũ q° caro pc̄ci con
sueuerat mundari nõ renueret. 7°. ut
legis onus in se sustinens alios a legis
onere liberaret. s'c'dm illđ gala. iiii°. Mi
sit deus filiũ suũ factũ sub lege ut eos
q̄ sub lege erant redimeret. Vocatũ est
nomen eius ih̄s. Non dicit ĩpositũ. quia
a deo fuit sibi ĩpositũ hoc nom̄. sed per
angelũ denũciatũ Marie & ioseph. &
p ipsos aliis diuulgatũ. & q̄a aliquis
infidelis potissime iudeus q̄ hoc nomẽ
nõ fuisse cõueniẽt ĩpositũ posset argu
ere. tñ q̄a ysa. lxii°. dr̄ uocabitur t̃ nomẽ
nouũ q̄d os dñi nominauit. hoc aũt no
men ih̄us nõ erat tũc nouũ. nã añ alij
fuerant nominati hoc nõie ut patet de
ih̄u filio iosedech & de ih̄u Naue ĩ ge
nealogia x̄ que describitur ca° sequẽti
idem habet. Itẽ quia ysa. 8°. dicit Vocab
nomen eius hemanuel. & octauo. Voca
nomẽ eius accelera spolia detrahe & c̃
& ix°. uocabitur nomẽ eius admirabilis
consiliarius deus fortis & c̃. que nõia sũt
alia nõia ih̄u & similia possent ĩduci
de aliis locis scripture. & iõ dicendũ q̄
hoc nomẽ fuit p̄prie ĩpositũ. nõia eñi si
bñ ĩponunt̃ imponi debent a p̄p̄etatib⁹
rerũ. & hoc patet de nõibus generum

& speciẽrũ de q̄bus dr̄. iiii. metha. Ratio quã
sigt̃ nomẽ est diffinitio q̄ designat p̄p̄a
rei naturã. Nõia aũt singlo₄ hominum
si bñ ĩponãtur ĩponũt̃ ab aliq̃ p̄prietate
eius cui ĩponit̃ nomẽ. Nõia ĩponi debent
q̄a sic fit aliqñ a t̄pore sicut nõia aliq₄
sancto₄ ĩponũtur pueris natis in festis
eorũ. uel a cognatiõe sicut quũ filio ĩpoit̃
nomẽ p̄ris. uel alicuius de cognatiõe eius.
Aliqñ ab euentu sicut Moyses uocauit fi
lios suos ut habet̃ exo. 2°. aliqñ autẽ ex
aliq̃ qualitate eius cui nomẽ ĩponit̃. sicut
gen̄. xxv°. p̄mogenitus ysaac uocatus est
Esau q̄ ĩterp̄tatur rubeus uel ruffus. q̄a
de utõ matris exiuit rufus & totus in
morẽ pell' hispidus. aliqñ ex aliq° dono
dei gratuito sicut Mat̃. xvii. dictum est
petro tu es petrus & sr̃ hanc pe. edi. & c̃. &
Io. p°. Tu uocabis cephas. sigr̃ quia hõi xp̄o
hoc munus gr̃e collatũ erat ut per ipsũ
omnes saluarent̃. iõ uocatũ est cõueniẽt
nomen eius ih̄us. i. saluator uel salus. &
hanc rõnẽ assignauit angl̄s ioseph Mat̃. i°.
dicens. Vocabis nomẽ eius ih̄m. i. ei; saluũ
faciet p̄p̄lm suũ a pc̄cis eo₄. Ad primum
dicendũ q̄ hoc nomẽ fuit nouũ in x̄ ĩ q̄tũ
fuit ĩpositũ ab hac p̄prietate q̄a est om̄m
saluator q̄d nõ fuit ĩ aliq° precedenti licet
fecerint salutẽ in aliquo facto particulari
sic ih̄us Naue saluauit p̄p̄l; israel hostes
eius debellando. ut habetur in li°. iosue. &
ita pt̃ dici de aliis. Ratio aũt huius no
minis hemanuel: q̄d interp̄trat̃ nobiscũ ds̄
includitur in nõie ih̄u. per hoc eñi q̄ fu
it nobiscũ p suã incarnationẽ fecit nobis
salutẽ. & eodẽ modo pt̃ dici de alio q̄a
saluauit nos infernũ spoliando & sic de
tercio & de cõsimilibus. Et postq̄ ĩpleti sũt
hic consequent̃ agit̃ de pueri oblatiõe
ubi p̄mo describitur huius oblationis pre
sentatio. 2°. p̄ntati receptio. ibi. Et ecce
homo. 3°. recepti cõmendatio. ibi. Et erat
anna. Circa primũ sciendũ q̄ ĩ lege ueti

·2°. recto·
ut ãnotatu f[...]to. ut dr̃ de paul[...]
q̄ uocat⁹. an̄ p̄hauly. eo q̄ p̄mũ [...]
sergiũ [...] nom̃ mutauit.

circa pueros natos duo fiebant i templo
Vnū erat generale oībȝ. Quia p filio nato
uel filia completis diebȝ purificatiōis ma-
tris offerebatur sacrificiū ut hr leui. xii.
aliud erat spāle circa primogenitos quia
erant consecrati dn̄o ut eo q percusit pmo-
genitos egiptiorū filios israel saluans.
et ideo offerebāt in teplo & redimebāt
ut hr exo. 13. xp̄us autē fuit pmogēit
ut dictū ē sup. & iō utrūq; fuit factum
circa eū. ut hic dr. & primo q̄tū ad illd
qd erat speciale pmogenitis quū dicit.
Tulerunt illū in ihrlm ut sisterent eū. i.
offerrent dn̄o cuius causa subdit. Quia
omne masculinū adapiens uuluā. i. pmo
nascens. cuiusmodi erant primogeniti.
Secundo q̄tū ad illud quod erat gn̄ale
qd notatur quū dr. & ut darent hostiā
& c̄. par turtum aut duos pullos colūba
rū. ista erat oblatio pauperū scdm q hr
leui. 12. ex quo pat& qd supradictū est
de pauptate Marie et ioseph. Sciendu;
autē est circa hoc q bt̄a uirgo nō tene-
bat ad ista que dicta sunt de pgatione.
Quia leuit. xii. scribitur. Mulier si suscep-
to semine peperit filiū masculū. & cetē.
& iō lex ista ligabat tm̄ mulieres de ui-
rili semine cōcipientes. Quod nō hūit lo-
cū in ūgine. hoc etiā patet per hoc qd hic
dr. & accipitur de exo. et leui. Omē mas
culinū adaperiens uuluā et c̄. Ex q̊ p;
q loq̄ de masculo cōcepto & nato p aper
tionem claustri uirginal. quod nō hūit
locū in bt̄a ūgine que uirgo pmansit i
cōceptu & partu. uerūtn̄ sicut eio filius
circumcidi uoluit et legalia obseruare
ex sua humilitate q̄uis nō teneret. sic
bt̄a ūgo que fuit humillima uoluit ob-
seruare. Et ecce homo. hic describitur
xp̄i pn̄tati receptio. ubi primo describitur
recipientis conditio quū dr. Et ecce hō
erat in ihrlm. in loco solemni & sacro. tū
quia ibi erat diuinus cultus: tū q̄a ibi
erat studiū legis & pphar̄ū. cui nomen
Simeon. ex quo pat& eio fama. quia i
ter sacerdotes erat famosus & nomiat
Patet enī eius sancta uita quū dr. & hō
iste iustus recte se hn̄do ad pximum
& timoratus. quoad deū. expectās con-
solationē israel. q̄tū ad fidei rectitudiē;
& spūs sanctus erat cū eo q̄tū ad gratie
plenitudinē. quia non solum habuit
grām iustificantē, put habet cōiter a
iustus sed et q̄tū ad illuminatiōes et cō
solationes diuinas spāles. iō subdit. &
responsū accepat a spū scō in oratiōib
suis deuotis ad deū. Tunc enī erat opio
cōis apd intelligentes q iminebat ad-
uentus xp̄i scdm signa a pr̄iarchis & p-
phetis data. & iō Simeon de hoc feruen-
tius orabat. & in orōne respōsū accepe-
rat q xp̄m natū uider&. anq̄ uitā pre
sentem finir&. & uenit in spū i teplū
& p reuelationē spūs sancti ut uider&
xp̄m sicut erat ei pmissū. & quū indu-
cerent puerū ihm ad faciendū q̄ pdca
sunt secundū legē. & ipse accepit eū i
ulnas suas cū maximo cordis gaudio se
cundū q dr. pu. xiii. Desideriū si cōple-
atur delectat animā. 2°. ponit gratiaru;
actio quū dicitur. & benedixit deum
gratias agendo pro tanto beneficio et
dixit. Nunc dimittis seruū tuū dn̄e in
pace. i. de cetero dimittes me de hac ui-
ta transire in cordis q̄ete. Quia uidert
oculi mei salutare tuū. Letanter enī des
cendere uolebat ad limbū patrū: ex q̊
sciebat saluatorē natū. Quod parasti an
faciē omniū ppłoꝝ. i. coram oībȝ ppłis
q̄bus ministeriū incarnatiōis & redepti-
onis predicatū est p apostolos. secundū
q dicitur ps. xviii. In omnē trām exi-
uit sonus eoꝝ. Lumen ad reuelatione;
gentium. Quia prius erāt eoꝝ tenebris te
nebant. & gloriā plebis tue israel. Ma
gna est enim glīa iudeis ad xp̄i fide;

conuersis quia xpus sedm carnē nat est de ipsis; ponit parētū bñdictio quū dicit & pater eius .i. ioseph q̄ meruit uocā pat xi, eo q̄ nutricius eius fuit. & mat .s. Maria que fuit mater eius uera mirantes sup iis que dicebant de illo. tunc a Symeone et p̄us a magis & a pastoribus & a zacharia & helisabeth. & bñdixit ill simeon. Quāuis eīn Maria & ioseph essēt maiores in scitate simeone: ille tñ erat maior q̄tū ad sacerdotis officium ad quē spectat benedicere pplm. & nō solū bñdixit sed et futura predixit. Ecce positus est hic in ruinā & ī resurrectionē multorum in israel. Quia in passione xpi que futura erat multi iudei fuert excecati a ueritate cadentes. & multi fuerunt illuminati q̄ prius erāt simplices & ignorantes ut pat de aplis quibus post passionē xi data est intelligentia scripturarum sedm q̄ dicit luc ultimo. & tunc aperuit ill sensū ut itelligerēt scripturas. & in signū .s. federis int hoīes & deū. Cui contradicet. a sacerdotibus & legisperitis & multis aliis. & tuam ipsius animā ptransibit gladius .i. dolor passionis eius ptransibit aīam tuā p cōpassionē. Et ex hoc dicit ibo in sermone de assumptione bte uginis q̄ q̄a in parte passibili passa est plusq̄ martyr fuit. Vt reuelent ex multis cordibus cogitationes. ut non tenet hic casualiter. sed cosecutiue seu cōcatiue. licet eīn bta ugo ex passione filii maxie afflicta fuerit tñ in fide imobilis & firmiter stetit: alii autē discipuli q̄tūcūq; solidi dicunt dubitasse & circa hoc mutationes diuersarum cogitationū habuisse q̄usq; uiderunt ipm a mortuis resurrexisse. Alit exponit Origenes de reuelatiōe occultorum peccatorum & confessione que per effectum passionis in sacramento penitentie opātis sanant. & erat Anna. Hic consequent describit xi recepti confessio seu cōmendatio. ubi po describit persona confitens ex noīe quū dicit. & erat Anna. 2o. ex mentis eleuatiōe quū dr pphetissa. 3o. ex cognatiōe quū dicit filia phanuel de tribu Aser. & exprimuntur pater & tribus ad declarādū certitudinē histori & forte ad distinctionē huius Anne ab aliis que uocabant hoc noīe. Describit etiā ab etatis maturitate quū dicit. hec processerat ī diebus multis ea castitate in matrimōio & ante & post quū dicit. et uixerat cum uiro &c. Comendat etiam ab orōnis sedulitate quū dr. Que nō discedebat de templo. non q̄ ibi semp esset. sed freq̄nt. sic de hoīe bene freq̄ntante ecclia dicitur cōi modo loquendi, talis semp est ī ecclia. Ieiuniis ītentiuū carnis repmit. & obsecrationibus .i. sacris. & oratiōibus quibus mens in deū eleuat. Seruiens die ac nocte .i. ualde freq̄nt. uel q̄a nō erat ibi iterruptio p pccm mortale auferens meritū predictorum. & hec ipa hora supueniens nō a casu uel ex humana dispositiōe, sed sps sci reuelatiōe, sicut dictum est de Symeone, confitebatur dño g̃ras agens de tāto bñficio adīpleto. & loquebatur de illo oībus qui expectabant redēptiōem israel. ānuncians eis natū eē redemptorē. & ut pfecerūt oīa sedm legē dñi .s. Maria & ioseph nihil omittentes, q̄uis nō tenerent. Reūsi sunt ī galileā ciuitatē suam Nazareth. hic accipit galilea adiectiue q̄a Nazareth est ī terra galilee, sic supra dictū est de bethleē, que uocat ciuitas iudea. Puer autē crescebat. Hic cōseq̄nter describit pueri oblati profectus q̄tū ad corpus quū dicit Crescebat. & q̄tum ad aīam quū dicit. confortabat. Adūtendū tñ q̄ in corpore xi fuit augmētū reale q̄titatis, sed in aīa eius nō fuit augmentum reale g̃re & uirtutis, q̄a totam plenitudinē

hec theofilo bre·

qre habuit ab instanti sue cõceptionis
sed qñtũ ad ostensionẽ in effectu magis
apparebat scdm qꝫ ille crescebat & scd;
qꝫ uolebat. & ibant parentes eius. tanq̃
deuoti & religiosi. in die solẽni pasce
Quia ter in anno debebant omnes mas
culi cõparere in ihrlm corã dño, scdm
qꝫ habet̃ exo. xxiii. s. in paschate &
pentecoste & festo tabnaculoꝝ/ sed cuj;
illis q erant lõge a ihrlm/ cuiusmi erant
galilei dispensabat̃ de duobꝫ ultimis
festis. Remansit puer ihs in ihrlm. nõ
a casu uel obliuiõe, sed sua uolũtate &
ordinatiõe. ut a puericia ondere & zelũ
suũ circa spũalia. & nõ cognouerũt parẽ
tes eiꝫ existimãtes illũ esse in comitatu. Ad
solemnitatẽ eñ pasce uiri ibãt seorsũ
a mulierib; in uno comitatu/ & mulie
res in alio. & sic reũtebant̃ ut magis
religiose solemnizarẽt festũ ab uxori
bꝫ continentes. Sicut & ĩ datione
legis preceptũ fuit qꝫ continerẽt per
tres dies ab uxoribꝫ suis. put habet̃ exo.
xix. pueri aũt indifferent̃ poterãt ire
ĩ comitatu uiroꝝ aut mulieꝝ. & ĩo qñ
ioseph nõ uidit puerũ ihm in comitatu
uiroꝝ existimauit eũ esse cũ Maria ĩ
comitatu mulieꝝ. & eodẽ m̃ Maria cre
didit eũ esse ĩ comitatu uiroꝝ. Venerũt
iter diei. & quũ die sequti qrerẽt in ista
comitiua & in illa. nõ inuenerũt eũ. ideo
tercia die redierunt in ihrlm a qua re
cesserant p unã dietã. & sic qrta die in
uenerũt eũ. & hoc est qđ subdit̃. Post tdũ
iñ inuenerũt eũ in tẽplo. Nõ in theatro/ aut
ĩ foro/ uel ludo, sic solent pueri inueniri
/ sed in loco orõni & doctrine sacre scipture
deputato. In medio doctoꝝ ut melius pos
set omnes audire & melius cũ eis cõferre.
Stupebãt. i. ualde mirabant̃ sup prudẽ
tia. & responsis eiꝫ. Quia als inauditum
fuerat qꝫ puer tal̃ etatis tã sapientẽ loqret̃.
& dixit mat̃ eiꝫ ad ipm. fili qđ fecisti n̄

nobis. Sic ioseph aut̃ hic & pater eiꝫ di
ceret̃, tñ nõ fuit ausus ipꝫ arguere quũ
firmit̃ illũ crederet esse dei filiũ. sed
mat̃ ex maxĩa dilectiõe quã habebat
ad filium hoc fecit/ qa amor excellens
dñm nescit. Dolentes q̃rebamus te. i. do
lentes de absentia tua/ cuiꝫ pñtia ẽ nob
dilectissima. als dulcissima. p hoc moralr̃
designat̃ qꝫ xpus in dolore cõtritiõis
q̃rendus est. & sic inueñtur. si p pctm
a nob absentetur. & ait ad illos. Qđ ẽ
qđ me q̃rebatis. s. int̃ consanguineos. q. d.
magis q̃rendus sũ in occupatiõe circa
spũalia. ideo subdit̃. Nesciebatis qa in
iis que patris mei sũt opꝫ me esse. Mag
eni efficiebat̃ ad patrem ñalẽ & eternũ,
q̃ ad matrẽ ñalẽ & ad patrẽ putatiuũ.
& ipi nõ intellexerũt uerbũ. Quia ad
huc nõ erant assueti talia audire ab eo.
& descendit cum eis ad eoꝝ cõsolatiõe;
& erat subditus ill̃. ad nr̃am instructio
nẽ. & superbie nr̃e cõfutatiõe;. & mater
eiꝫ cõseruabat oĩa ũba hec. exponit̃ sic
sup. Et ihs pficiebat etate. & iste pfect
erat realis in qñtũ erat a parte corporis
ut supra dictum est. & sapientia. in x̃
dupl̃r ponit̃. Sapientia/ una diuina. &
hec nõ potuit augeri uel diminui, quũ
ñccio sit infinitã/ Alia humana. & hec
ponit̃ dupl̃r in x̃. Vna habitualis & ista
in x̃ non fuit augmẽtata. qa ab ĩstati
cõceptiõis habuit plenitudinẽ sapiẽtie
qñta pt̃ cõferri nature humane/ Alia ex
pimentalis que accipit̃ p opatione sen
suũ. & scdm hoc dicunt aliq qꝫ in xpo
fuit sapientia uel sciã acqsita. qa ĩtellec
tus agens in x̃ fuit eiusdem nature cũ
aliis hominibꝫ/ & ideo quũ nõ sit ponẽ
dũs ociosũs in eo/ hũit opatione abstrahẽ
di spẽs intelligibiles a fantasmatibꝫ &
iste species recipiebant̃ in intellectu pas
sibili ipius/ & sic pfecit in tali sapiẽtia
seu scientia accepta a sensibilibꝫ/ Alij ·no·

ū dicunt q̄ nō profecit ī tali sapientia
q̄tū ad habitū | qa duo habitus eiusdē ra-
tionis nō possunt esse simul in eodē ītellē-
tu | talis autē scīa acq̄sita nō uidet̄ esse
alterius rōnis q̄ infusa circa idē obiectū
/ sic oculus miraculose datus: est eiusdē
ratiōis cū oculo dato uel generato
p̄ naturam. nec tn̄ ppr̄ hoc intellectus agens
in x̄o fuit otiosus, qa nō solū ī abstracti-
one speciez intelligibiliū nccia ē opatio
ītellectus agentis, sed et̄ in cōsideratiōe
scdm̄ habitum scientie iā p̄us acq̄site: ī
qua consideratiōe nō abstrahit de no-
uo spēs | Si aut̄ consideret̄ sapia x̄i q̄tū
ad ostensionē in effectu, sic fuit ibi pfect⁹
quodāmō in q̄tū sapiam suā nō tm̄ huma-
nā sed et̄ diuinā magis ostendebat, secūdū
suū beneplacitū. & put nr̄e saluti expe-
diebat, sicut dictū est sup̄ de profectu
ip̄ius in gr̄a & uirtute. Capitulū tercium

Anno quītodecimo. Postq̄
descriptus est saluatoris ortus
p̄ suā incarnationē: hic cōse-
quenter describit̄ eius pgressus per suam
predicationē. Et circa hoc p̄mo describit̄
predicatio precursoris. 2º. ip̄ius saluato-
ris. 4. ca. Circa p̄mū premittit̄ p̄dicatiōis
tempus. 2º. subditur predicatiōis actus
ibi. Et uenit in omnē regionē. 3º. p̄dica-
tiōis fructus ibi. Et intrrogabant eum.
Circa p̄mū considerandū q̄ tp̄us p̄dica-
tiōis iohannis describitur per nōia et
tp̄us īpatoris tūc regnantis & presidis
iudee & tetrarcharum & sacerdotū ad
ostendendū certitudinē historie & a-
uctoritatē predicatiōis iohīs baptiste
sicut in scripturis autenticis sol& fieri
quū dicitur anno quintodecīo imperij
Tiberij Cesaris. iste tiberius successit oc-
Augusto sub quo natus ē xp̄s. s. xlii.
anno īperij eius. & similiter iohīs bap-
tista p̄ dimidium annū ante. August⁹
aut̄ impauit xlvii. annis. ex q̄ pat&

q̄ anno. xvº. Tiberii. iohīs fuit. xxx. an-
norū. & hoc est tp̄us debitū predicatiōi
qa tūc uiget etas uirilis. uñ & ioseph
xxx. annoz erat qñ stetit corā pharao-
ne. gen. xli. & Ezechiel qñ īcep̄ pphare
Eze. i. Procurāte Pontio pilato iudeā. Iste
nō fuit iudeus sed gentilis de territorio
de lugdonēn oriundus scdm̄ iosephum
& a romano īpatore fuit missus ad re-
gendā iudeā tūc romanis subiectā. Tetrar-
cha aut̄ herode galilee. Romani uolen-
tes frangere iudeoz supbiā & aufferre
eis rebellandi occasionē abstulerūt ab eis
nomē regni diuidentes regnū ī plures
partes que tetrarchie dicebant̄. Et Lisa-
nia abiline tetrarcha. glosa Bede dicit.
& isti tres nōiati hic. s. herodes. philipp⁹.
Lisanias fuerūt filij herodis sub q̄ natus
est xp̄us. & ip̄o mortuo Archelaus eius
filius successit ei in regno. x. ānis. quo &c frēs predictoz.
accusato apd̄ cesarē & misso in exilium
apd̄ uiemiam: īpator regnū tribo fr̄ibus
diuisit p̄ tetrarchias | sed q̄ iste Lisanias
fuerit filius herodis ex historijs auten-
ticis nō habetur: qa nec iosephus nec scolas-
tica historia ponunt eū inter filios hero-
dis sed magis dicunt ip̄m fuisse filium
ptolomei Mānei qui sub libano habitabat
& Alexandre filie Aristoboli qui de ma-
chabeis descenderat. Sub principibus sa-
cerdotū Anna & Caypha. secūdū q̄ dic
iosephus & scolastica historia sacerdotiū
tunc nō predebat scdm̄ genealogiā &
dignitatē generis put in lege fuerat sta-
tutū sed pasim a romanis uidebant̄ ita q̄
nō solū singulis annis mutabat̄ sūmus
sacerdos, sed et̄ aliqñ in eodē anno. & ideo
a quintodecimo anno Tiberij q̄ incepit
predicatio iohannis usq; ad xviii. ānū
Tiberij in quo passus est xp̄us, plures fue-
runt sūmi sacerdotes q̄ isti duo. sed quia
iste Annas erat sūmus sacerdos qñ iohēs
incepit predicare & Caiphas qñ passus

fuit xpus. ideo luchas de istis duobus mentione fecit. Factum est verbum domini super iohannem; per revelationem divinam per quam habuit mandatum de predicatione exequenda. Et venit. hic consequenter ponitur predicationis actus. & primo quantum ad exortationem boni. 2°. quantum ad arguitionem mali. ibi. Dicebat ergo. Circa primum dicitur. Et venit in omnem regionem iordanis. quia exiuit de deserto ubi pauci habitabant. & venit ad loca magis habitata ut plures possent venire ad eius predicationem & baptizari ab eo in iordane predicans baptismum penitentie. hoc expositum est Mar. i. capitulo usque ibi. Omnis vallis implebitur. Auctoritas que habetur ysa. xl°. exponitur a iudeis de reditu captiuitatis babilonice. de qua predixit ysaias. vias tunc coplanari per hoc quod valles elevarentur ad equalitatem planiciei & colles deprimerentur ut sic iudei de babilonia revertentes in iudeam possent de facili transire per viam. sed quia in scriptura sacra nec in aliqua historia autentica invenitur esse adimpletum ideo illa scriptura reducenda est ad alium intellectum in adventu xpi adimpletum per quem humiles qui per valles intelliguntur repleti sunt bonis spiritualibus & superbi qui per colles intelliguntur humiliati sunt sicut supra expositum est capitulo primo in cantico beate virginis aliter etiam exponitur hic. Quia sicut via corporalis redditur difficilis ad ambulandum propter profunditatem vallium & elevationem collium. ita via spiritualis qua deus graditur super corda fidelium impeditur per depressionem terrene cupiditatis & per elevationem mundane vanitatis. & utrumque impedimentum fuit amotum per adventum xpi in multis. primum patuit in zacheo qui dixit Domine omne dimidium bonorum meorum do pauperibus et cetera ut habetur infra xix. capitulo. & in Matheo qui dimisso tholoneo secutus est xpm ut habetur Mat. ix. patet secundum in mundi principibus quorum colla subiecta sunt xpo. Et erunt prava in directa. i. corda distorta per iniusticiam per equitatem iusticie rectificabuntur. Et aspera in vias planas. i. corda contra xpm indurata mollificabuntur sicut patet de Paulo qui xpm persequens a xpo illustratus statim ad mansuetudinem obedientie fuit conversus dicens Domine quid me vis facere? act. ix. Et videbit omnis caro salutare dei. i. xpm. & accipitur hic omnis caro. i. omnis homo. Quia aliqui de omnibus hominibus viderunt eum inter homines conversantem. potest etiam hoc verbum intelligi de visu spirituali quo vident eum conversi ad fidem catholicam ex omnibus gentibus totius mundi viderunt eum. & generaliter omnes in forma humana in die iudicii. Dicebat ergo. Hic consequenter describitur actus predicationis quantum ad reprehensionem mali/ & patet sententia ex dictis Mat. 3°. dicens. exceptis que secuntur. Dicebat autem ad turbas. hic accipitur totum pro parte. Quia illud quod sequitur non dixit iohannes nisi phariseis & saduceis qui cum aliis veniebant ad iohannem non ex devotione sed magis ex malignitate. unde subditur. genimina viperarum. genimen est neutrius generis & dicitur a gigno gignis. & ideo filii nati ab aliquo dicuntur genimina eius. unde Mat. 3°. dicitur progenies viperarum. Et interrogabant. Hic consequenter ponitur predicationis iohannis fructus erat enim predicatio iohannis ordinata ad hoc quod populus ad susceptionem xpi prepararetur & ut xpus manifestaretur. primo ergo ponitur fructus predicationis eius quantum ad primum, secundo quantum ad 2m. ibi. Existimante autem populo. Circa primum sciendum quod populus preparabatur ad xpi susceptionem per veram penitentiam que apparet quando homo paratus est corrigere vitam suam. & hic ostenditur hoc esse factum ad predicationem iohannis. primo in vulgaribus hominibus

quū dicitur. Et interrogabant eū turbe dicentes. Quid ergo faciemus. q.d. uitā nrām corrigere parati sumus. Respondens aut dicebat illis. Qui habet duas tunicas. i. uestimentū superfluū. det non habenti. Illa enim terra in qua erat iohannes calida est. et de cōi cursu sufficit una tunica uel unū uestimentū. Et ita intelligendū est de aliis rebus quibuscumque que superfluunt cōsiderata couenienti necessitate status alicuius persone. Secūdo hic agitur de pedagiorū et tributorum collectoribus. quū dicitur. Venerūt et publicani. Tales enim dicūtur publicani qui intromittūt se de negotiis pertinentibus ad publicū. Et ille dixit ad eos. Nihil amplius quam quod cōstitutum est uobis faciatis. hoc autē dixit quia collectores talium solent esse proni ad plus colligendū quam est sit eis mādatū; ut quod est amplius eis remaneat. Tercio ostenditur in militibus quū dicitur. Interrogabant eū et milites parati cōsilio eius uti. Et ait illis. Neminē concuciatis. s. opprimēdo pauperes et eos despiciendo. neque calumniam faciatis. i. nō imponatis falsū crimen diuitibus et potentibus ut occasionē extorquēdi bona eorum habeatis. quia per aliā uiā a talibus bona extorqueri non possunt. Contenti estote stipēdiis uestris. que dabantur eis ab imperatoribus pro labore militū que habent sustinere in defensione patrie. redditus autem quos habent multi milites super homines sibi subditos habent loco stipendiorum. et ideo debent eis esse contenti. Ad tria autē dicta inducebat beatus iohannes milites. quia solent esse proni ad uicia contraria. Existimante autē populo. hic describitur fructus predicationis iohannis quantū ad xpi manifestationē. Et primo manifestatur iohannis testimonio. 2°. dei patris signo. ibi. Factū est autē. 3°. euāgelii scripto. ibi. Et ipse ihs erat ibi incipiens. Circa primū ostenditur in iohāne doctrine ueritas in xpi manifestatione. 2°. mentis stabilitas in herodis reprehensiōe. ibi. Herodes aut tetrarcha. Sententia prime partis patet ex dictis Mathei. 3°. exceptis que secūtur. Existimāte aūt populo. Quia aliqui eorum uiderant et alii fama publica audierant mirabilia eius conceptū et ortū uite sancte meritū que supius sunt declarata. Et ex his opinabantur ipsum esse xpm et cōitatibus omnibus nō solū cogitauerūt sed et de ihrl'm que erat metropolis miserūt iudei nuncios solemnes ad iohānem ut quererent ab eo si ipse esset xps ut habetur io. i. ex quo patet quod non omnia facta et dicta iohannis scripta sunt, sed pauca respectiue, sicut et de xpo dicitur ioh. ultimo. Multa quidē et alia signa etc. Herodes aut. hic describitur stabilitas mentis in iohāne quia nō timuit facinus herodis tetrarche arguere. Et sētentia huius patet ex dictis Mat. xiiii. a. Et Mar. vi. u. ubi factū istud plenius cōtinetur. Factū est aut. hic describitur manifestatio xpi per signū datū de celo a deo prē quū baptizaretur a iohanne. Et patet sententia ex dictis Mat. 3°. g. et Mar. i. b. excepto quod hic additur. Et orante. in quo dedit xpus exemplū quod in receptiōe sacramentorum debet mens hoīs eleuari in deū. Et ipse ihus. hic consequenter describitur manifestatio xpi euangelico scripto. quia hic describit eius genealogiā. ut sic natiuitas eius eterna fuerat manifestata uerbo patris dicentis. Tu es filius meus. s. naturalis. ita natiuitas eius temporalis manifestaretur per descriptionē genealogie. in qua descriptione considerandum est quod sicut supradictū est in prologo Mat. ostendit qualiter xpus uenit ad nos ideo describit genealogiam descendendo. luchas uero qualiter per xpm reducimur in deū ideo eam scribit ascendendo. propter quod eam terminat in ipso deo. Dicit igitur. Et ipse ihus erat incipiens quasi annorum

xxx. secundum Augustinum & chrisostomum xpus tunc habebat xxx. annos cōple tos & inceperat xxxi. sed secundum hoc t sic intelligenda est annorum littera. Erat ihesus annorum xxx. incipiens s. xxxi. & secundum hoc predicauit duobus annis cum dimidio | secundum alios uero doctores quorum opinio cōis tenetur: ihesus tunc habebat xxix. annos cōpletos & incepat xxx. | & secundum hoc sic intelligenda est littera. Erat ihesus incipiens annorum xxx. idest tricesimum annum de quo habebat xiii. dies. & secundum hoc xpus predicauit tribus annis cum dimidio usque ad passionem suam xviii. anno Tiberii. & putabatur filius ioseph. Quia erat sponsus Marie cuius cause supra expresse sunt ca. i. Qui fuit eli. In Matheo dicitur quod ioseph fuit filius iacob ubi ista cōtrouersia soluta est. Qui fuit Neri. Mat. i. dicitur quod iste Salatiel fuit filius iecōie. | Ad quod dicendum quod uerum est quod Salatiel fuit filius naturalis iecoñie. sed fuit filius Neri adoptiuus, quia mortuo iecōia Neri adoptauit eum in filium. & ideo Mat. qui describit genealogiam x carnalem posuit iecōiam. lucas qui magis describit genealogiam x spiritualem ponit istum Neri. Qui fuit Nathan. Qui fuit Dauid. De isto nathan dicunt aliqui quod fuit filius Dauid naturalis de Bersabee. ut uidetur dici po parali. 3.° | sed hoc uidetur esse contra illud quod dicit salomon, prouerbiorum iiii. Ego fui unigenitus & tenellus corām matre mea. Ille enim filius quem habuit Bersabee de Dauid ante salomonem non cōputatur hic quia fuit mortuus incircumcisus. per hoc ergo quod salomō dicit se unigenitum matris sue & Dauid, uidetur quod Nathā nō fuit natus de Bersabee & Dauid. & ideo dicunt alique quod iste Nathan fuit propheta quem propter eminentiam sanctitatis dauid adoptauit in filium mortuo eius patre naturali. & secundum hoc etiam potest dici quod fuit filius adoptiuus Bersabee uxoris

Dauid. & secundum hoc cōnumeratur inter filios Bersabee uxoris dd. primo parali. 3.° De aliis autem tribus ibidem nominatis dicendum quod fuerunt filii Vrie naturales quos adoptauit dd accipiendo uxorem matrem eorum. & sic salomon fuit unigenitus matri sue respectu dauid ut dicitur prouerbiorum iiii. | Causa autem quare lucas describit xpm descendere a Dauid per Nathan una fuit. quia licet omnes sapientes hebreorum concorditer tenerent xpm descendere a Dauid aliqui tamen eorum opinabantur ipsum descendere ab eo per nathan propter excellentiam sue sanctitatis & prophetie. Alii uero per salomonem propter dignitatem regiam et excellentiam sue sapientie. secundum ueritatem tamen namque descendit per utrumque | aliter tamen. quia per salomonem descendit secundum lineam naturalis generationis. per nathan uero secundum lineam legalis generationis. Quia Nathan fuit filius dauid adoptiuus, ut predictum est. | & ioseph qui ponitur immediate post xpm ascendendo fuit filius heli adoptiuus seu legalis, prout plenius fuit declaratum Mat. i. | Alia causa est. quia lucas describit xpi genealogiam prout in deum reducimur ut predictum est. reducimur autem in deum per xpm in quantum efficimur filii dei adoptiui. Qui fuit Booz. Tres fuerunt immediate se habentes huius nominis. s. filius pater & auus, ut declaratum fuit plenius Mat. primo. Qui fuit Cainan. secundum ieronimum. secundum translationem qua utimur nō ponitur aliquis medius inter Sale & Arphaxath ut patet gen. x. septuaginta autem interpretes ponunt istum cainan medium | & ad concordiam huius potest dici quod iste Cainan fuit pater Sale legalis seu adoptiuus. Arphaxath uero fuit pater naturalis ipsius. & ut quasi pater. hic ponitur et maxime quia lucas inscribendo sequitur translationem lxx. que suo tempore erat ualde autentica. Qui fuit dei. non per generationem sicut alii sed per



formationem de limo terre & infusione anime ut habetur gen. i. Capitulum quartum

Iesus autem. Descripta predicatione precursoris. hic consequenter describitur predicatio salvatoris. & primo describitur eius predicatio per modum amoris miracula faciendo & beneficia conferendo. 2º. per viam timoris terrorem venturi iudicii incutiendo. capitulo xxi. Adhuc circa primum describitur primo predicatio salvatoris per se ipsum tantum. 2º. cum hoc permissione discipulorum. ix. capitulo. Circa primum premittitur christi predicatio. 2º. ex hoc sequens aliquorum conversio capitulo v. Prima adhuc in duas. Quia primo describitur ydoneitas predicatoris 2º. executio predicationis ibi. & regressus est ihesus. ydonea vero dispositio predicatoris est maceratio carnis per ieiunium. per quod carnis incentivum reprimitur. secundum quod dicit Paulus i. chor. ix. Castigo corpus meum & in servitutem redigo ne cum aliis predicaverim ipse reprobus efficiar. & fervor orationis in loco solitudinis ubi divina sapientia hauritur que postea per predicationem effunditur. Unde paulus antequam mitteretur ad predicandum in oratione fuit illustratus secundum quod habetur act. ix. Ecce enim orat & postea subditur vas electionis est mihi iste ut portet nomen meum & cetera. Tercium enim est victoria temptationis. non enim est ad predicandum ydoneus qui succumbit temptationibus. ista autem tria hic ostenduntur de christo per hoc quod ante predicationem intravit in desertum ad orationis solitarie actum et quod ibi ieiunavit & triplicem demonis temptationem devicit. non quia istis indigeret pro se sed pro nobis & ad dandum exemplum predicatoribus aliis. & patet sententia predicatorum ex dictis Mat. 4º. a. ubi ista sunt exposita. exceptis paucis que secuntur. & nihil manducavit in illis diebus. hic accipiuntur dies naturales quia nihil manducavit de die nec de nocte.

Dic lapidi huic ut panis fiat. hic accipitur singulare pro plurali eo modo loquendi quod dicitur exo. viii. Venit musca gravissima. i. multitudo muscarum. Unde Mat. iiii. dicitur. Dic ut lapides isti panes fiant & duxit illum diabolus & ostendit illi omnia regna. Ista temptatio que ponitur hic secunda Mat. iiii. ponitur 3ª. Que istarum duarum fuerit secunda & que tercia certum nobis non est ut dicit aug. nec refert ad veritatem. Quia non oportet quod facta semper eodem ordine referantur quo facta sunt ut frequenter dictum est secundum quod duo evangeliste varie mostrant ordinem. potest ratio assignari quia una temptatio est de cupiditate principali alia de elatione. & frequenter contingit quod unum vicium ex alio nascatur & e contrario ideo Matheus unam preposuit lucas aliam. Quia mihi tradita sunt & cui volo do illa. Mentitur hic diabolus. nec mirum quia mendax est & pater mendacii ut habetur ioh. 8. non enim habet potestatem super creatis ad libitum suum, sed solum quantum deus permittit. secundum occultum iudicium suum ad exercitium patientie electorum. sicut data est ei potestas affligendi iob in vastatione bonorum suorum & morte prolis & infirmitate sui corporis ut habetur iob. i. & consumata omni temptatione diabolus recessit ab illo tanquam victus a tempore usque ad tempus. Quia appropinquante tempore passionis suscitavit ei persecutionem per principes sacerdotum. & regressus est ihesus. hic consequenter describitur executio predicationis descripta ydoneitate predicatoris. & primo quantum ad eius doctrinam. 2º. quantum ad doctrine confirmationem ibi. & in sinagoga erat homo habens demonium. prima in duas. Quia primo describitur docuisse in galilea generaliter. 2º. in civitate sua Nazareth specialiter. ibi. & venit Nazareth. Circa primum dicitur. & regressus est ihesus. scilicet a deserto quod intraverat post baptismum ut doceret populum. In virtute spiritus. i. in virtute signa & miracula faciendi

De quo spu dicit. iiii. regu. 2o. cap. spus
helie requieuit sr heliseu qn diuisit a-
quas miraculose. Veruth uitus faciedi mi
racula no erat in heliseo sed i deo q faci
ebat miracula ad preces helisei. Sed is-
ta uitus erat in x quu sit deus & homo.
In galileam. ibi eni po predicauit ut i-
pleret pphia isa. ix. primo tpore alleui
ata est terra zabulon & tra neptalim
& c. ut hr Mat. iiii. d. & magnificabat
ab oibus propt excellentia doctrine et
miraculi. & uenit nazareth. hic comr
describr eis doctrina i nazareth ciuita-
te sua. circa qd eius doctrina pmittitur
2o. contr eu emulatio orit. ibi. & dicebat.
none hic est et c. Circa primu dr. & ueit
Nazareth ubi erat nutritus. hoc at dicit
ad signadu q alibi fuerat natus. s. i beth-
lee ut supdictu est ca. 2o. & intuit sed;
consuetudine sua die sabbati i sinagoga
que erat locus oronis & doctrine legis.
quibs iudei scdm preceptu legis uacare
debebant in die sabbati. xpus at lege;
obseruare uoluit ut dictu est sup ca. 2o.
& surrexit legere. ut no predicar& se
ipm uerbo suo tm sed testimoio sacre scp
ture. & inuenit locu ubi scriptus erat.
no a casu inuenit sed a pposito qa sciebat
passus scripture loquentis de eo. Spus
dni sr me & c. hoc scribr isa. lxi. sed in
translatione nra mutant aliqlr uba
lic& sit eade sententia. lucas at hic alle-
gat scriptura put habet in tnslatioe. lxx.
Circa quod sciendu q iudei expectat illa
que pmittuntur eis isa. ca. predicto iple
p messia que expectant futuru & dnatu
toti mundo tporaliter & educturu iude
os de captiuitate & positurum eos i maxia
glia & honore sup omnes gentes. sed qa
temps aduentus x ia transiijt. io xps huc
locu conuenient de se ipo exposuit dicens.
Spus dni sup me. i. me deducens. qa huma
nitas x organu est ipius diuinitatis con-
iunctu. & io in oibus mouebat secundu
diuinitatis instinctu. propt qd unxit
me. ab instanti coceptiois pleitudine
gre. ex hoc eni q humanitas x deitati
coniungit plenitudie gre replet. scdm q
dicit ioh. i. Vidimus eu qi unigenitu;
a pre plenu gre et ueritatis. Euageliza
re paupibs misit me. i. humilibs quib
sua doctrina pficit et no supbis. Sanare
contritos corde. Quia cotritis p pnia;
datur gra sanans uulnera peccatorum
& predicare captiuis remissione. i. de
tentis in limbo. ad quos descedit & i de
eos eripuit. & uisum cecis. i. getilibus
excecatis p errore uera dei cognitione
scd; q dicit simeon. ca. 2. de xpo. lume
ad reuelatione et c. Dimittere cofractos
a pondere legis relaxando. de quo dr
act. xv. quur teptatis iponere iugum
sr ceruices disciploru qd nos neq; patres
portare potuimus. predicare annum
deo acceptu. iste est annus passiois x
i quo deus placatus est humano generi
soluta emenda pmi pcci. & die retribu
tiois. i. diem iudicij in q retribuet unicui
q; scdm opa sua. & quu plicuiss& libru
hoc fecit ad ostendendu q libri sacre
scpture sunt reuerent tractandi. Vnde
& iudei hanc reueretia faciunt libris ue
teris testamenti q nllo m sederent ita al-
te iuxta illos sedendo sic illi sut positi.
Ex q pat& q illi xani sunt ualde re-
phendendi qui non solu libros ueteris tes
tamenti sed etia noui in hoc sac testame-
to etia sacra euangelia irreuerent trac-
tant & irreuerentis q libros gentiliu
dampnatoru. Ali q etia theologi dicta eo-
ru cu maiori pondere & certiori ratioe
allegant i scolis q dicta x et aploru. &
sedit. ut exponer& mare qd astando
legerat reuerent & deuote. & omniu;
i sinagoga oculi erant itendentes i eu
Quia in facie eis quide fulgor diuine

DICEBAT AVTEM. Postq̄ saluator ōn̄dit q̧ peccatores penitentes sunt benigne recipiendi, et caute nutendi: hic con̄r ōn̄dit q̧ sunt in deuotiōe nutendi. & diuidit̄ in duas partes. q̇a p̄o describit̄ xp̄i īstructio. 2°. instructiōis affirmatio. ibi. Factū est aut̄. Circa p̄mū sciendū q̧ deuotio potissime consistit in orone que est asscēsꝰ mentis in deū. scd̄m Damascenū. de qua saluator hic instruit p̄ntes discipulos qui iam erant ad fidē conuersi. & p consequēs futuros ad eū per pn̄iam conuertēdi. p̄o igitur saluator ostendit orōnis efficaciā 2°. inducit discipulos ad martyrii tolerantiā. ibi Assumpsit aut̄. & pat& ordo. q̇a eleuatio mentis inducit ad cōtemptū uite p̄ntis. p̄a in duas. in partē principalē et incidentalē. 2ª. ibi. & interrogauit. Circa primū sciendū q̧ ad efficaciā orōis duo maxime faciunt. uidel; instātia & humilitas. p̄o ergo doc& orare instāter 2°. humilr̄. ibi. Dixit autē et ad quosdā. Primū ōn̄dit p similitudinē uidue q̄ per īportunitatē precū obtinuit effectū. Dicit igitur. Dicebat autē et parabolā. i. silitudinē uidue que postea seq̄. Q̄m oport& semp orare. Li semper nō īportat cōtinuitatē tp̄oris. q̇a oportet īterrūpi tēpore dormitiōis et aliquarū aliarū nc̄citatum. sed īportat instantiā orōnis tp̄oribus et horis ad hoc cōgruis. Vn̄ dicit glosa Bede sr̄ istū locū dicendū est. ei₃ oportet semper orare et nō deficere qui canōicis horis rogare nō desistit. con̄r inducit silitudinem dicens. Iudex quidam. nō exp̄mit̄ eius nomē. q̇a nō erat deo cognitꝰ p approbationē. un̄ subdit̄. qui deū nō timebat. s. offendere. & hōies nō reuebatur s. eos publice scandalizare. & subditur deprecatio uidue. Vindica me de aduersario meo. faciendo iusticiā. & nolebat. ex sua malicia quia bn̄ poterat. & ex officio facere tenebat̄. per multū tp̄us. Quia illa uidua frequent̄ suā petitionē repetebat. ex quo pat& iusticie diuturnitas in iudice. Post hic at̄ dicit intra se. uictus precū īportunitate. Si deū nō timeo & c̄. i. si ꝑpter deū nec ꝑpr homines mouear ad faciendā iusticiam isti uidue. tn̄ quia molesta est m̄ uindicabo illā. faciendo ei iusticiā. ne in nouissimo ueniens suggillet me. i. suggendo offendat sua īportunitate. ex quo apparet motus ad faciendā iusticiā nō ꝑpr amorē iusticie sed ad uitationem sue molestie. Deus at̄ nō faciet uindictā et c̄. i. si iudex iniqtatis ꝑpter precū instantiā facit uīdictam. deus q̇ nc̄cio est iustissimus nō faciet uindictam electoꝝ suorū existentiū ī p̄ssura & tribulatiōe. Clamantiū die ac nocte. i. orantiū instanter p sua liberatione et declaratiōe diuine iusticie. q. d. multo plꝰ exaudiet talē precū instantiā. Sed illud quod d̄r hic de orōne electoꝝ uidet̄ esse contra illud qd̄ d̄r Mat̄. v̊. orate p persequentibus uos & calumniantibus. ad qd̄ dicendū q̧ ad bonos p̄tinent bona sp̄ualia et etna que sunt simpl̄r bona & optare suis p̄secutoribus: & hoc m̄ pro eis orare. sed quia pene tp̄orales sunt q̄dā medecie

que ualent ad emendationem; uite et ad de-
clarationem diuine iusticie & ideo ad sanctos
bene pertinet petere a deo hoc modo uindictam
de suis persecutoribus non ex motu ire sed ex
zelo iusticie. Dico autem uobis quia cito faci-
et uindictam illorum. licet enim aliquando tarda-
re uideatur secundum humanum iudicium tamen
secundum ueritatem non tardat quia omnia operatur
secundum dispositionem sue sapientie infinite.
Verumtamen filius hominis ueniens. s. ad faciendum
uindictam. Putas inueniet fidem in terra
q.d. parum inueniet respectiue loquendo
de fide formata caritate. Dixit autem.
hic consequenter ostendit quod est orandum humiliter
ostendens quod humilitas est deo grata & primo
ostendit hoc uerbo. 2°. facto ibi. Auferebant
autem. Primum facit parabolam publicani & pha-
risei. d. Duo homines ascendebant in templum.
quia ad ierusalem erat in alto situm. s. in monte
Moria. ut habetur 2°. par. 3°. ca. Vnus phariseus.
apparens iustus. alter publicanus. i. pu-
blicis negotiis intentus. qui de communi usu
cursu implicantur ad peccatum. Phariseus
stans. Ecce iactantiam. quia stabat ut ui-
deretur ab aliis orare. & irreuerentiam.
quoniam in orando deberet se prosternere. Deus
gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri homines
raptores et cetera. iste non proprie orauit
sed magis se iactauit de iusticia alios con-
temnendo: & orantem iuxta se publica-
num despiciendo. Ieiuno bis in sabbato. i.
ebdomada que sic denominatur a die dig-
niori. Decimas do de omnibus que possideo.
Pharisei enim decimas minimorum: & rute
mente et cimini ad quas non tenebantur
ut dicunt aliquid dabant ut ceteris iustiorem
apparerent ut dictum est supra. & publi-
canus a longe stans. Ecce dei timor quasi
non esset dignus appropinquare. Nole-
bat oculos nec ad celum leuare. Ecce pu-
dor quasi pro peccatis preteritis non audens celum
respicere. sed percutiebat pectus suum. Ec-
ce dolor de peccatis comissis. Domine propitius
esto mihi peccatori. Ecce uera & pura confessio
et ista faciunt ad peccatorum remissionem. ideo
sequitur. Amen. i. fideliter dico uobis. descen-
dit hic de domo dei que erat in monte
ut supra dictum est. Iustificatus ab illo. i.
pre illo remanente in peccatis suis. cuius cau-
sa subditur. Quia se exaltat per superbiam;
humiliabitur per penam. & qui se humili-
at per ueram peccatorum confessionem. exaltabitur
in gloria per remunerationem. sicut enim in
statera manuali una parte depressa. altera e-
leuatur. & econuerso sic in statera diuine iu-
sticie decretum est. ut qui eleuantur per super-
biam in presenti uita deprimantur per penam
confusibilem in futura. & econuerso. Qui
se humiliant in presenti propter deum in futuro
ad gloriam eleuabuntur. Auferebant autem.
hic consequenter facto ostenditur quod humilitas est
deo grata et accepta. per hoc quod pueros
xpistus amicabiliter recepit. & patet sententia ex
dictis Mat. xix. cap. & interrogauit. hec
est pars incidentalis in qua ponuntur duo
incidentia. secundum ponitur ibi. Ait autem
Petrus. Circa primum sciendum quod ibi immedia-
te dixerat de pueris. talium est regnum
celorum. & in hoc parabolice loquebatur
per puericiam. & intelligens humilitatem;
et innocentiam ideo quidam legis peritus qui uoca-
tur hic princeps eo quod erat diues ut patet
ex sequentibus. petiit ab eo quid facien-
do haberet regnum celorum. quasi diceret. dic mihi
plane et perfecte absque parabola quid de-
beo facere ad consequendum regnum celeste
et hoc modo xpistus ei respondit et patet sen-
tentia ex dictis Mat. xix. d. usque; ibi. Que
impossibilia sunt apud homines possibilia
sunt apud deum. quia ad regnum celorum non
possunt homines pertingere propria uirtute sed
per auxilium diuine gratie. Ait autem Petrus.
hic ponitur secundum incidens. Quia Petrus
a xpisto immediate audierat quod difficile qui
pecunias habent in regnum dei intrabunt
ideo quesiuit a xpisto que esset sui & aliorum

remuneratio quia oĩa terrena reliq̃rant
ppter xpm̃. & patet x̃ responsio ex dc̃is
Mat̃. xix. g. Assumpsit ih̃s. Postq̃ salua-
tor oñdit orationis efficaciã. hic cõnr in-
ducit discipulos suos ad martirij toleran-
tiam exẽplo sui. & patet sñia ex dictis
Mat̃. xx. d. exceptis que sequunt̃. Consu-
munt̃ oĩa que scripta sunt &c̃. q̃a pphe
scripserunt de passiõe x̃ futa. ut pat&
Isa. liii. & Dan̄. ix. et in multis alijs locis.
Et ipsi nihil horũ intellexerunt. tũ quia
adhuc erant rudes & ipfecti. tũ q̃a xp̃s fre-
quent̃ eis parabolice loquebatur et ideo
nescierũt si tũc parabolice loq̃retur. Fac-
tũ est autẽ. Postq̃ posita est xp̃i instruc-
tio de efficacia orõnis & de tolerantia
passionis. hic cõnr describitur dicte doc-
trine confirmatio per opus miraculosũ
scdm̃ q̃ scribit̃ Mat̃. ultimo sermonem
confirmante sequentibꝰ signis. & patet
sentẽtia ex dictis Mat̃. xx. g. & Mar.
x. g. hoc excepto. Factũ est autẽ quum
appropinquaret ihus Iherico. i. ppe ihe-
rico adhuc existerent q̃a scdm̃ ueritatẽ
nõ accedebat ad iherico sed inde recede-
bat. ut pat& Mat̃. xx. g. & Mar. x. g.

Decimum nonum capitulum [illegible]

ET INGRESSVS IHS POSTQVã
descripta est conuersio pccõꝝ
ĩ generali: hic cõnr describitur
ĩ particulari. s. in conuersion
zachei. & diuiditur in duas partes. quia
p̃o describitur conuersio zachei. 2º. remo-
tio dubij ibi. hec illi audientibꝰ. Circa pri-
mum dr̃. Et ingressus ih̃s pambulabat ihe-
rico. scdm̃ ea que dicta sunt ĩ fine prece-
dentis capituli: ista histõ zachei nõ seq̃
ĩmediate post illuminationẽ ceci q̃ fc̃ta
fuit in egressu ih̃u a iherico, sed post eg̃s-
sum eiꝰ ab iherico et pgressũ p alia loca
ĩgressus fuit ibidẽ. sicut et in multis alijs
locis in euangelio dr̃ pluries redijsse ad
eũdem locũ. & in isto regressu accidit ħ

historia istius zachei quũ dr̃. Et erat ẽ
uir nõie zacheus. Exprimit̃ hoc nomen
eius quia dignus erat nõiari ppr cõuersi-
onis facilitatẽ & ppter cõuersi pfectiõe;
Princeps publicanoꝝ. i. p̃mus inter illos
q̃ uacabant publicis actibꝰ. s. exactiõibꝰ
et uectigalibus leuandis & deferendis
que cõiter ad pccm̃ ĩplicant. ex q̃ in eiꝰ
uocatiõe apparet dei m̃ia maior. Et hic erat di-
ues. quia auarus fuerat ĩ acquirendo. s;
post conuersionẽ non fuit auarus retinẽ-
do. quia paratus fuit reddere q̃druplũ
defraudatis ab eo. Et q̃rebat uidere ih̃s
ex deuotiõe et nõ poterat pre turba.
ex q̃ patet deuotio pplariũ ad xp̃. Seq̃
Suscipiens ih̃s. i. approbans deuotionẽ
illius. Hodie in domo tua oportet me
manere. in domo materiali ppr refectio-
nẽ x̃ et suoꝝ discipuloꝝ & ad ostendẽ-
dũ benignitatẽ pccori reuertẽti & ĩ do-
mo spũali consciẽ p g̃re infusionẽ. Et cũ
quũ uiderent omnes. i. ph̃sei & alij ma-
lignantes. m̃murabãt. & hoc irrationa-
bilr pot m̃mare si medicus uisitet egro-
tũ ad ipm̃ sanandũ. Stans autẽ zacheꝰ
ad obediendũ dño promptꝰ ut subdit̃.
Ecce dimidiũ bonoꝝ meoꝝ dñe do pau-
pibꝰ. non dicit dabo de futuro. quia pa-
ratus erat statim dare. ex hoc etiam pa-
tet q̃ nõ oĩa bona sua erant male acq̃si-
ta q̃a de illis nõ poss& elemosinã facere.
Et si quid aliquem defraudaui reddo q̃-
druplum. lex eñm in aliq̃bꝰ precepit res-
tituere duplũ. & in aliquibꝰ quadruplũ
ut pat& exo. xxii. & iõ per hoc q̃d hic
exp̃mitur restitutio media ĩtelligũtur
alie due extreme. Seq̃. eo q̃ ipse sit filiꝰ
Abrahe. Dicit hic glosa Bede. filiꝰ autẽ
Abrahe zacheus dr̃. non q̃a de eiꝰ stirpe
genitus. sed q̃a eius fide imitatus. ut sic
ille terrã domũq; paternã deseruit ita
iste bona sua partienda paupibꝰ reliq̃ret.
& sic uidet̃ dicere q̃ nõ fuit iudeꝰ natiõe

beda

sed gentilis. quia omnes iudei natione
de stirpe Abrahe descenderant. idem ui-
·ambro⁹· detur dicere Ambrosius. d. zacheus exi-
guus meritis: sicut pplus nationū &c̄.
Aliquib⁹ autē alijs uidet̄ contrariū. quia
supra dr̄ quia m̄mabant de xp̄o itrante
domum zachei: eo q̄ ad hoīe; pccore;
diuertiss&. Apud iudeos eīm longe ab
ominabilius fuit ingredi ad gentiles q̄
ad iudeos pccores. ppr q̄d Petrus etiā post
ascensionē x̄ p reuelationē fuit p̄moni
tus ut absq; tali abominatiōe īgderet̄
domū Cornelij ut hr act. x̄. & iō si Zache⁹
fuiss& gentilis magis habuisset occōnē
m̄murandi eo q̄ ad hoīem gētilē diuer-
tiss&. & uidet̄ probabile q̄ hanc causa;
sue m̄murationis expressissent ad colorā-
dū m̄murationē suā tanq̄ rationabilem.
Itē ex hoc q̄ zacheus dicit. Si quid aliquē
defraudaui reddo q̄druplū. Illa enī lex
fuit data iudeis & nō gentilib⁹. nec ad
eam tenebant̄ gentiles in aliquo sed solū
tenebant̄ in simplū n̄ forte in aliq̄ casu
ex circustantia facti. & iō illā legē ignora
bant. ppr q̄d zacheus q̄ illā sciuit & scd̄m
eā facere uoluit uidetur fuisse iudeus an̄
uocationē suā. nec ual& si contra hoc argu
atur q̄ hic dr̄ pinceps publicanoꝝ. & q̄a
Math⁹ publicanus fuit q̄ tn̄ fuit iudeus
natiōe. un̄ & euangeliū suū sc̄psit ebraice
scd̄m q̄ dicit btūs ihero. i plogo sup Math.
Hec illī audientib⁹. Postq̄ descripta ē uo-
catio zachei: hic con̄r ponitur remotio du
bij. quod primo remouet̄ uerbo. 2°. facto
ibi. & his dictis precedebat. Circa p̄mū
sciendū q̄ iudei & apli de regno x̄ carna
liter sentiebant an̄ eius ascensionē credē
tes eū in regno dauid tp̄oralr̄ regnaturū.
Vn̄ act. i°. petierunt a xp̄o dn̄e si in tp̄ore
hoc restitues regnū israel. un̄ filij zebedei
credentes eū sic regnaturū petierūt q̄ un⁹
sederet ad dexteram suā et alius ad sinis-
tram. & iō q̄a appropinquabat xp̄s uers⁹
ihrl̄m credebant eū sublimādū cito ī re-
gē in regia ciuitate. & hoc est q̄ dr̄. eo q̄
ess& ppe ihrl̄m. & q̄a extimarent falso tn̄
q̄a confesti regnū dei manifestaret̄: &
uocat̄ hic regnū dei regnū ip̄i⁹ Dauid. Vn̄
et in para. xxix°. dicitur. Sedit quia Sa-
lomon sr̄ soliū dn̄i in regē p dauid patre
suo. & iō ad hanc falsam extimatione;
remouendā pponit parabolā ad ondendū
q̄ in primo aduentu nō uenerat ad regnā-
dū tp̄oralr̄ sed magis ad patiendū. & i. 2°.
aduentu reuerteret̄ ad iudicandū sicut
rex excellentissimus: tunc regnū suū oī-
b⁹ maifestaturus. iō subdit̄. Homo quidā
nobilis. i. xp̄us homo natus scd̄m carne;
de semine dauid regis. Abijt ī regione;
longinq̄. i. ad celū empireū p suā ascensi
onē. Accipere sibi regnū. sup ordines an-
gelorū. & reuerti. s. in fine mūdi ad iu-
dicium. tunc ei; maifestabitur oīb⁹ ei⁹
regnū. Vocatis autē. x. seruis suis. i. fide-
libus uniuersis quorū uniuersitas denario
numero designat̄. quia est p̄mus limes
numeroꝝ. un̄ & numeri sequentes sunt
replicationes ipius & partium ei⁹. xx. ei;
sunt bis decē. xxx. terdecem. & sic con̄r.
Dedit illis. x. minas. i. uniuersitatē bono-
ꝝ suorū. diuersimode tn̄. quia dedit uni-
cuiq; plus uel minus scd̄m; ppa; ueritate;.
Negotiamini dū uenio. Quia tp̄us meriti
currit usq; ad diem iudicij. in quo tēpore
deus dat dona sua ad hoc q̄ m̄ltiplicētur
p fructus bonoꝝ opū. Ciues autē ei⁹ ode-
rant illum. Ciues isti sunt iudei q̄ pro ma-
iori parte in odium x̄ sunt firmati. Mise-
runt legationē post ipm̄ dicentes nolum⁹
hunc regnare. &c̄. Quia post ascensione;
xp̄i ad celos iudei conati sunt destruere
fidē catholicā in quā incipit regnū xp̄i
q̄d cōplebitur et manifestabitur in fine
mundi. & factū est dū rediret. s. ad ge-
nerale iudiciū. iussit uocari seruos quib⁹
dedit pecuniā. Quib⁹ oportebat omnes

comparere ante deū iudicē ad reddēdū
de oībus acceptis ab eo rationē. Veīt āt
pimus. quia tūc electi de suis meritis secū
parati erant astare iudici. In modico fu
isti fidelis. quia bona etiā spūalia q̄ hnr
in uita pnti modica sunt respectu bono
rū celestiū q̄ expectant in uita futā. Eris
potestatē hns sup decē ciuitates. i. gaude
bis de fidelitate omnium qui per tuā doc
trinā uel exēplū uite tue conuersi sū ad
bonū. Et tercius ueīt. Quia licet mali re
formident ueire ad conspectū iudicis tn̄
oportebit eos ibidē represētari. Ecce o
mna quā hūi repositā in sudario. Suda
riū autē est pānus q̄ inuoluūt corpora
mortuoꝝ. Et iō Mna ī sudario reposita
sigficat donū dei a bonis opibꝰ otiosum
tanq̄ mortuū. Timui enī. Iste timor nō
est nisi pusillanimitas bn̄ agendi. Quia
homo austerus es. licet modo sit tpūs mi
sericordie ī iudicio tn̄ erit tpūs rigoris
iusticie. Tollis quod nō posuisti et metis
quod nō seminasti. A prelatis ecclīe nō
solū reqrunt bona ī psona ppa sed ī sub
ditis eoꝝ que tenent inducere ad bonū
Et sententia huiꝰ patet plenius Mat. 25.
d usq; ibi. Verūtn̄ inimicos meos. i. iude
os qui post ascensionē xpi conati sunt fi
dem catholicā destruere ut supdictū est.
Adducite huc et interficite. quia xlii.
anno post passionē x̄ ciuitas ihrl; fuit
destructa et pplūs iudeoꝝ destructꝰ per
Titum et Vespasianū ī fine et mūdi oēs
reprobi generalr qui sunt inimici xpi sē
tentia mortis eterne sunt interficiendi.
Et his dictis. hic conr ondit facto qd de
clarauerat uerbo. In parabola aut īmedi
ate precedenti duo declarauerat. unum
ptinens ad suā passionē. aliud ad ciuita
tis iherosolimitane destructionē. igitur
pmo facto ondit primū secūdo secūdū.
ibi. Et quū appropinquit uidens ciuita
tē fleuit. Prima diuiditur in tres. quia

po describit x̄ humiliatio. 2°. ppli deuo
tio. ibi. Recedente aūt illo. 3°. phiseorum
malignatio ibi. Et quidā phariseoꝝ. Circa
pmum dr sic. Et alijs dictis precedebat;
Ascendens iherosolimā ubi erat passurꝰ
scdm qp predixerat. facto ondens qp erat
paratissimus se humiliare et obedire us
q; ad mortē cōtēptibilissimā et acerbis
simā. Et iō humilr uoluit illuc ire sedēs
sr pullū asine sic fuerat predictū zacha
rie. ix. c. patent ex dictis Mat. xxi. a.
Eunte autē illo. hic poīt ppli deuotio
et patet sententia ex dictis Mat. xxi.
d. excepto qd subdr. Sr omibꝰ quas ui
derant uirtutibꝰ. Ex suscitatiōe enī La
zari quā plures uiderant fuert moti ad
istā deuotionē. ut habetur ioh. xii. et
ēt ex alijs xpi miraculis. Et qdā phari
seoꝝ. hic conr describit iudeoꝝ mali
gnatio. ex īuidia enī quā contra xpm
conceperant deuoticēm ppli ad xpm ui
dere nō poterant. ideo dixerūt Magr
īcrepa discipłos tuos. q. d. talē falsum
applausum nō debes sustinere. Quibꝰ
ipē ait rōnabilr se excusando et pphetā
do de futuro. Dico uobis quia si hi tacu
erint lapides clamabunt. Et hoc fuit ī
pletū in sua passiōe qn̄ discipulis pre ti
more iudeoꝝ tacentibꝰ laudē x̄ lapides
scissi sunt ut hr Mat. xxvii. qi phibētes
testimoniū ueritatis et scītatis ipiꝰ x̄
morientis. ppr qd centurio et alij gētiles
q erant cum eo uisis tot signis scītatē x̄
cōfessi sunt dicentes. Vere filius dei erat
iste ut hr ibidē. Et quū appropiquauit.
hic conr ondit facto futurā ciuitatis ihe
rosolimitane destructionē. ex hoc qp fle
uit ex cōpassiōe ppr mala sup ciuitatē
et ppłm futā. Et quia semp ī deo cū mīa
currit iusticia iō in xpo po ondr dulcor
cōpassiōis. 2°. rigor ultiōis. 3°. ī pncipibꝰ
iudeorū mali obstinatiōis. Scda ibi. Et
īgressus. Tercia ibi principes autē. Circa

primū dr̄. Videns ciuitatē. s. ihrl'm ī qua diu uiguerat cultus diuinus. flevit sup illā. tum ꝓpr mala culpe que ibi multiplicata fuerant tū ꝓpr mala pene que futā iminebant. d. qa si cognouisses. s. mala ficta. & tu. s. fleres. & quidem in hac die tua. i. modico tpore in q̄ faciens uolūtatē tuā que ad pacē tibi. i. modico tpre duraturā. & io nō gaudes quia mala iminentia nō uides. io subdr̄. Nunc aūt abscōdita sunt & c̄. Circundabunt te inimici tui. s. rōni cū exercitu ualde forti. & coangustabunt te undiq;. in tantū ꝙ pre angustia famis inuente fuerīt mulieres filios ꝓprios comedisse scdm ꝙ refert e Josephus libro de iudaico bello. & causa tante destructionis subdr̄. Eo ꝙ nō cognoueris tpus uisitatiōis tue. predicationem xp̄i recipiendo sed magis usq; ad mortē ip̄m ꝑsequendo. & ingressus. hic cōn̄r i xp̄s ostendit rigor ultionis in hoc ꝙ uendētes & ementes in tēplo inde eiecit. ꝑ hoc designans ꝙ essent eiciendi in gehennā & patet snīa ex dictis Mat̄. xxi. Princeps autē hic consequenter describitur obstinatio principū iudeoꝝ. & pō q̄tū ad interiorē machinationē. 2°. q̄tum ad exteriorē īsidiationē ca. xx°. Circa p̄mū dicit̄. Principes autē sacerdotū qui preerant ī spūalibꝫ & scribe q̄ intendebant doctrine legis et ꝓphaꝝ. & p̄ncipes plebis q̄ presidebāt ī temporalibꝫ disponendis. Querebāt illū perdere. excogitantes diuersas uias & modos quom̄ possent ē illū occidere moti ex rancore et ex inuidia contra ip̄m io subditur. & nō inueniebant quū eēt sūssimus. nec etiā audebant timore ꝑpli. io subdit̄ suspensus erat audiens illū. i. ualde attentus ad audiendā scām eiꝰ doctrinā

ET FACTUM EST. hic cōn̄r descbr iudeoꝝ obstinatio q̄tū ad īsidiationem exteriorē contra xp̄m & p̄mo. ṫ circa hoc describit̄ eorū malicia īsidians 2°. eorū supbia eos incitans. ibi. Audiēte oī ꝑplo. Prima in duas. Quia pō eoꝝ malicia describr̄. 2°. confusa concludit̄. Respōdentes aūt. Prima adhuc in duas. qa p̄mo describr̄ malicia p̄ncipū insidiando xp̄o p se ipos. 2°. p ministros ibi. & obseruātes miserunt īsidiatores. Circa p̄mum premittit̄ maligna īterrogatio. 2°. subdr̄ īterrogantium cōfutatio ibi. Respōdēs autē. & ista scda pars diuidit̄ in duas quia xp̄us p̄mo cōfutat eos responsione cauta & 2°. parabola ad hoc apta. Scdā ibi. cepit autē dicere. Sententia aūt ista ꝝ partiū patet ex dictis Mat̄. xxi. e. & f. & obseruantes. hic describit̄ insidiatio p̄ncipū iudeoꝝ cont̄ xp̄m p ministros quū dr̄. Miserunt insidiatores q̄ se iustos simularent. ut sub spē iusticie facilius xp̄m deciperent. Sed hoc manit̄ scdm ꝙ dr̄ ꝑū. i. frustra iacit̄ rete ante oculos pēnatoꝝ. & io frustra insidias tendebāt xp̄o quū nulla simulatio posset eū decipere Quia oīa nuda & apta sunt oculis eius scdm ꝙ dr̄. hebre. iiii. Cetera patent ex dictis Mat̄. xxii. cap̄. Accesserunt aūt. hic cōn̄r ponitur confutatio saduceoꝝ. & patet sententia ex dictis Mat̄. xxii. d. usq; ibi. Omnes enim uiuunt ei. qa licet iusti sint defuncti corpore uiuūt tn̄ ī aīa resurrecturi ad plenā participatiōē glīe & iniusti simil't ad declaratione diuine iusticie. Respondētes aūt. hic ex predcīs cōcludit̄ confutatio insidiantiū xp̄o. & pō ex eorū ꝓpa confessiōe quū dr̄. Dixerunt. Magister benedixisti. 2°. ex silētij īpositione. Quū dr̄. & amplius nō audebant eū interrogare. 3°. ex ignantie ipsoꝝ declaratione quū dr̄. Qm̄o dicūt xp̄m filium dauid et c̄. & patet sententia ex dictis Mat̄ xxii. g. Audiente aūt. Postq̄ descripta est p̄ncipū iudeoꝝ malicia hic cōn̄r describr̄ eoꝝ supbia q̄ fuit p̄mum

motiuũ in eis. ex superbia eni & psũp
tione nõ poterant correctiões x̄ sustine
re nec deuotionẽ ppli ad ipm uidere. &
pat& sententia ex dictis Mat. xxiii. ex.
qđ seqt. Volunt ambulare in stolis. i. in
altioribus uestimentis in publicũ pcedẽ
ut p hoc honorabiliores uiderent. Qui de
uorant domos uiduarũ. bona eaꝝ ad se
trahentes & consumentes sub falsa spe
scitatis. hi pcipient damnationẽ maiorẽ
Quia scđm qđ dicit Iheronimus simulata
sanctitas duplex est iniqtas. & iõ plectẽ
da est maiori pena. Capitulum xxi. iii

RESPICIENTES AUTEM. ꝫ
Descripta doctrina x̄ p modũ
amoris bñficia cõferẽdo. hic
conñr describit eius doctrina per modũ
terroris futi iudicij horrorẽ incutiendo.
Et quia hoc fit p respõsionẽ saluatoris
ad positã qstionẽ. iõ pmo põitur qonis
occasio. 2°. eius ppositio ibi. Introgauerũt
autẽ. 3°. solutio ibi. Qui dixit. Circa pm
ponitur duplex occasio. 2ª ibi. Et qbꝫ
dã dicentibꝫ. Prima occo fuit ex hoc qđ x̄
uiduã mittentẽ duo minuta i gazophi
laciũ templi eius oblõnẽ preceteris com
mendauit. & patet sententia ex dictis
Mar. xii. g. Et quibusdã. hic põit scđa
occasio. Munera eni illa ponebant in
gazophilatio p sustentatiõe edificioꝝ
templi & alijs que erant necia ad minis
terium. & ideo discipuli x̄ cepũt loqui
de structura tẽpli & alijs que ptinebãt
ad eiꝫ ornatũ. quibꝫ saluator dicit totũ
fore destruendũ. & pat& lra. Introgaue
runt. hic conñr põitur qstiõis ppo. ex hoc
eni qđ xpus dixerat tẽplũ fore destruẽ
dũ quesierunt a x̄ discipuli de tpore
huius destructiõis & de precedentibus
signis. & quia discipuli post destructio
nem ciuitatis & tẽpli credebant cito esse
futurã cõsumationẽ scli. iõ de hoc moue
rũt secũdã qnem cũ precedenti. ut pat&

Mat. xxiiii. a. Qui dixit. hic conñr po
nitur utriusq; qonis solutio. & pº pẽ &
2°. secũde. ibi. Et erunt signa. Prima i
duas. quia ad destructionem ciuitatis
pmo pmittunt premittunt prenostica
signa. 2°. destructio ipa ibi. Quũ autẽ
uideritis. Adhuc circa pmũ pnũciatur
mala futa pplo iudeoꝝ i generali. 2°. x̄
discipulis in spali. ibi. Sed ante hec oĩa
& patet sñia istarũ partiũ ex dictis Mat.
xxiiii. b. & c. & d. exceptis que secunt.
Terroresq; de celo. Dicit eni Iosephꝰ li.
de iudaico bello qđ ante destructionem
ciuitatis stella cometa in similitudinem
gladij sup ciuitatẽ apparuit & p annũ
durauit designans pp occasionẽ futurã
Sed ante hec oĩa inicient uobis manꝰ
& c. Quia btũs Stephanus Iacobꝰ frat
Iohannis, petrus & Paulus & fere omẽs
apli & quasi inumerabiles pp & x̄ani
fuerunt pro fide x̄ occisi. Tradentes in
sinagogas. ubi iudei hebant ptatẽ diiu
dicandi. & tradentes ad reges & psides
ubi gentiles habebant auctoritatẽ cõdẽ
nandi ad mortẽ. Contigit aut uobꝫ i tes
timonium. s. ueritatis euangelice ibidẽ
constanter pfitente. Ponite ergo i cor
dibꝫ uris et c. Per hoc nõ excludit medi
tatio respondendi si tpus assit & facltas scie
sed pmittit securitas si ista deficiant. qđ
frequenter contingebat in pmitiua ecc.
quia tunc frequenter fideles subito tra
hebantur ad iudices, etiã quũ erãt illrati
& simplices. quia deus pot tales defectus
suplere. iõ seq. Ego eni dabo uobꝫ os. i. loqn
di constantiã et sapiam. i. scptaꝝ itelli
gentiã. sicut factũ est in multis simpli
cibꝫ. Et si nõ dabat semp tal intelligen
tia. dabatur tñ loquendi constantia. qa
in tali casu sufficit ad salutẽ cõfiteri cõs
tanter fidem in gñali. Quod pot facere
simplex x̄anus. Cui nõ poterunt resiste
re & c. Sicut pat& de btõ Stephano. de

quo scribitur act. vi. Et nō poterant resistere sapiē et spūi qui loqbatur. Trademini autē a parentibus et c. Sicut legitur de bt̄o Crisanto et multis alijs et capilus de capite uro̅ non peribit. hoc autē addit saluator ad declarandū ueritatem future resurrectiōis per quā resurgeret in electis non solū illa q̄ sunt de necessitate nature humane sed ea que faciunt ad decorē. cuiusmi sūt capili quia meditatio huiꝰ resurrectiōis multū facit ad tolerantiam martyrij de qua saluator loqbat̄. Quū autē uideritis. hic cōnr describitur destructio ciuitatis ihrusalē. et pat& sentētia ex dictis Mat̄ xxiiii. c. et d. exceptis q̄ secūt̄. Circūdari ab exercitu ihr̄lm. s. ab exercitu Titi et Vespasiani per quē destructa est. Et cadent ī ore gladij. Refert autē Egesippus q̄ a principio obsidiōis usq; ad finem cesa sunt decies centena milia. Et captiui ducent̄. quia scdm ipm ducti sunt captiui iudeor nonaginta septē milia. In omnes gentes. Quia destructio ciuitatis et ppli facta est in ultionē mortis x̄ ut dictum est supra capl̄o. xix. et per hoc q̄ aliq̄ de illo pplo ducti sunt captiui in oēs gentes facta est quedā testificatio īnocētie x̄ et pfidie iudeor. Et ihr̄lm calcabit̄ a gentibꝰ. i. calcanda dabit̄. Donec īpleantur tpora nationū. Tunc eni quū plenitudo tporis intrauerit oīs isrl̄ saluꝰ erit. ut hr̄ ad ro. xi. Et erunt signa. hic pōit̄ solutio secūde q̄stionis de aduentu xp̄i ad iudicium. ū primo describunt̄ signa p̄ prenostica quū dr̄. Et erunt signa ī sole et c̄. Quia lic& talia pluries precesserit tn̄ iminente aduentu iudicis maiora et crebriora fient. In scolastica historia ponunt̄. xv. signa precedentia xv. diebꝰ aduentū iudicis. sed utrū illi dies. xv. futuri sunt continue se h̄ntes uel īterpolate ibidē sub dubio relinquit̄. Primo die

erigitur mare. xl. cubitis sr̄ altitudines montiū stans in loco suo q̄i murus. 2ᵒ. tātū descend& ut uix uideri possit. 3ᵒ. marine belue apparentes sup̄ dabūt rugitꝰ usq; ad celū. 4ᵒ. ardebit mare et oīs aque. 5ᵒ. herbe et arbores dabunt rorē sanguineū. 6ᵒ. ruent edificia. 7ᵒ. Petre ad inuicē collidentur. 8ᵒ. fiet gn̄alis terremotus. 9ᵒ. equabitur terra. 10. Exibunt hoīes de cauernis et ibunt uelut amentes nec mutuo poterunt loq̄. 11. surgent ossa mortuorū et stabunt sup sepulcra sua. 12. cadent stelle. 13. morientur uiuentes ut cū mortuis resurgant. 14. ardebit celū et terra. 15. fiet nouū celū et noua t̄ra et resurget omnes. Dicit et ibidē q̄ ihero' inuenit ista ī annalibꝰ hebreorū in q̄bus lic& sint multa uera tn̄ sunt ibi multa falsa admixta et iō de ueritate seu falsitate istor signor iudiciū maioribꝰ derelinquo. Leuate capita ur̄a. Quia lic& dies iudicij repbis sit terribil̄ tn̄ electis deb& esse cosolabilis quia tunc tr̄sferent̄ ad glīam. Attendite autē uobis. i. diligenter cauete ne forte grauent̄ corda ur̄a. i. depmant̄ uicia crapula et ebrietate. i. supfluitate cibi et potus et curis huiꝰ uite. s. super flua solicitudine terrenor. Et supueniat ī uos repentina dies illa. i. dies iudicij tāq̄ laqueus qui euadi nullo m̄ poterit. Ex hoc loco uidet̄ q̄ hoībꝰ ex exsistentibus ī conuiuijs et festiuitatibus tanq̄ securis et nihil timentibꝰ de die iudicij ueni& repentinas. idem hetur Mat̄. xxiiii. ubi dicitur. sic eni erant in diebꝰ an̄ diluuiū comedentes et bibentes nubentes et nuptui tradentes usq; ad illū diē q̄ intrauit in archam Noe non cognouerūt donec uenit diluuium et tulit omnes. ita erit ī aduentu filij hoīs. Ex hec ueritas euangelij uidet̄ falsē in aliquibꝰ dissonare ab illi quindecī signis sup̄ positis et acceptis a apocrifis iudeor. Vigilate itaq; omni

xv. sign. q̄ precedt̄ aduentu x̄.

tpore orantes. Per hoc nõ est ĩtelligendũ
q̄ oro semper sit cõtinua quia oportet
eam interrũpi somno & alijs etiã neces
sitatibus corporis. sed eius continuatio
ĩtelligitur q̄ nõ interueniat pccm mor
tale ĩpediens effectũ ipius. iõ subdr. ut
digni habeamini fugere & c. Quia illi q̄
tunc inuenientur sine pcco mortali erũt
saluati. & stare ante filium hõis. i. stare
securi in iudicio corã xpo qui iudicabit ĩ
forma humana. Noctibus uõ exiens mo
rabat̃ ĩ monte q̄ uocabat̃ oliueti ut ibi ua
caret oroni. & õis pplus manicabat ad eũ
i. mane accelerabat uenire ad p̄dicationẽ
sue locũ attractus efficacia & dulcedine
doctrine sue. CAPITULUM XXII.

APPROPINQVABAT AVTẼ. Postq̄ euangelista descripsit xpi
predicationẽ hic cõñr descbit
ipius passionẽ per quã solutũ est pretiũ
nr̃e redemptionis. ubi pmo describitur ma
ligna xpi cõprehensio p explorationẽ
iudeorum. 2°. eius cõdemnatio iniusta p
excecationẽ gentiliũ cap̃. xxiii. Prima
diuiditur in quatuor partes. Quia pmo
describr̃ xpi uenditio facta nõ ex eius
ignorantia sed magis ex prescientia & uo
luntate. 2°. eius uenditi traditio nõ ex
eius displicentia sed ex caritate. 3°. tradi
ti cõprehensio nõ ex xpi ĩpotentia. sed ex
sua mititate. 4°. cõprehensi illusio. nõ
ex sua iniusticia sed humilitate. Scd̃a
ibi. Venit autẽ dies azimorum. 3ª ibi. Cõ
prehendentes autẽ eũ. 4ª ibi. & uiri qui
tenebant illudebant ei. Circa primũ dr̃
Appropinquabat autẽ dies festo. s. solẽni
tas pascalis que celebratur pmo mense. xv.
die mensis ut hr̃ leuit. xxiii. Incipiebat
tñ a uespere precedentis diei azimorũ
quia fermentũ & fermentatũ nõ debe
bant apparere in domibus iudeorum septẽ
diebus huius solemnitatis. ut hr̃ exo. xii.
q̄ dr̃ pasca. i. trãsitus. qa tunc transibat
angelus dñi p egyptũ interficiens pmo
genita egyptiorum & hebreos saluãs.
& querebant principes sacerdotum &
c. moti inuidia contra xpm. qm̃ illum ĩ
terficerent. licet eni hoc sũme deside
rent tñ erat eis difficile ppr fauorẽ pp̃
ad xpm. ideo subdr. Timebant uero
plebẽ. ne cõtra eos insurgeret si in xpm
manus mitterent. Intrauit autẽ Satha
nas ĩ iudã. i. in aĩam iude. nõ per illap
sum quia hoc est deo ppriũ. sed p effectũ
uenditionẽ xpi ei suggerendo. & abijt
& locutus est cũ pncipibus sacerdotum.
Motiuũ autẽ iude hic tacetur licet ex
pmitur Mat. xxvi. & io. xii. uidelicet
ut recuparet ualorẽ unguenti effusi sr
xpm a Maria sorore Lazari. & gauisi
sunt. Quia ille modus capiendi xpm
p suũ discipulũ uidebatur magis possibi
lis & secretus. Venit autẽ dies azimorum.
hic cõñr describitur xpi uenditi traditio
& primo ista traditio pnũciat̃. 2°. exe
cutio datur ibi. & egressus ibat. Prenũ
ciatio dicte traditionis facta est ab ipo
quũ cenaret cũ discipulis. & iõ pmo descri
bitur pascale conuiuiũ. 2° instituitur
eucharistie sacramentũ. ibi. Accepto pa
ne. 3° ponitur dicte traditionis prenun
ciatio ibi. Verũtñ. 4° discipulorum ĩformatio
ibi. facta est contentio. Circa pmũ dicit
Venit autẽ dies azimorum. Ista erat q̄rta
decima dies mensis pmi in cuius uespere
debebant comedere agnũ pascalẽ cum
azimis panibus. iõ sequitur. In qua nece
erat occidi pasca. & accipitur hic pasca
nõ p die solemni sicut supra sed p agno
pascali qui illo uespere debebat occidi. Sed
Ecce introeuntibus uobis in ciuitatẽ. s.
ihrlm. Occurret uobis homo & c. In hoc
dedit eis signũ directũ in pparatiõe agni
pascalis. & dicetis patrifamilias domus
& c. hic autẽ traditur fuisse xpus discipulis
& iõ puidit de loco & agno & alijs neces

sarijs in celebratiõe conuiuij pascalis ut dictũ fuit plenius Mat̃. Mar. xiiii. b. De siderio desideraui. i. ualde desideraui. hoc pasca manducare uobiscũ. Quia tũc fini uit uetus testamentũ & inchoauit no uũ. qđ erat sibi in desideriũ. Dico enim uobis. Quod ex hoc nõ manducabo illud donec ĩpleat̃ in regno dei & c̃. Quia post illam cenã nõ comedit neq; bibit donec post resurrectionẽ suã in qua ĩpletum est regnũ dei. quia tunc aperta est ianua qñ xp̃us resurrexit ad uitã ĩmortalẽ. & tũc xp̃us comedit cũ eis & bibit ad pro bandũ sue resurrectiõis ueritatẽ. ut hr̃ ĩfra. xxiiii. non bibã de generatiõe uitis huius gen̄atiõem uitis uocat uinũ q'a exprimitur de fructu uitis. & accepto pane. hic cõñr instituit̃ eucharistie sa cramentũ post legale cõuiuiũ quũ dr̃ & accepto pane grãs egit. Per hoc oñdit q' in consecratiõe huius sacramenti pre exigit̃ deuotio & orõ & fregit & dedit eis dicens. hoc est corpus meum. Nõ est sic intelligendũ q' prius frangeret et daret discipulis & postea diceret uerba consecratiõis. sed magis ecõn. quia xp̃o dedit discipulis suis corp9 suũ cõsecratũ et iõ prius dixit uerba consecratiõis que sunt hoc est corpus meũ. Quia uerba con secratiõis efficiũt qđ figurant. Postea fregit & dedit. d. hoc facite ĩ meã cõ memorationẽ. q'a eucharistie cõsecratio est quedã dñice passiõis rememoratio & ppr̃ hoc consecratur corpus sepatũ a sanguine. q'a in passiõe sanguis fuit sepa tus a corpore. iõ subdr̃ similiter & calicẽ et c̃. Cetera autẽ que ptinet̃ ad istud sa cramentũ tractanda sunt in. iiii. sñetiaꝝ. Uerũtñ. hic cõñr xp̃us prenũciat tradi tionẽ sui dicens. Ecce manus tradentis me mecũ est in mensa. ex quo patet ma xima ingratitudo ĩ pditiõe iude qui in gerebat se comestioni cũ xp̃o quem non latẽbat sua proditio. & quidẽ filius hoĩs. Quia lic& sit deus & hõ nõ tñ tradebat̃ et patiebatur scđm diuinitatẽ in q̃ ĩpas sibit̃ est. sed tñ scđm humanitatẽ. Scđm q' diffinitũ est in puidentia dei p salute mũdi. Uerũtñ ue hoĩ illi per quẽ tradet̃. Quia iudas lic& post factũ penituit, hoc tñ fuit inutilr̃; quia p desperationẽ se sus pendit. ut hr̃ Mat̃. xxvii. & ipi cepũt q̃rere inter se. s. apl̃i. quis ex eis eũ tra ditũs ess&. Nesciuerũt tñ. q'a xp̃us non reuelauit hoc manifeste sed tñ Iohãni secrete ut hr̃ ioh̃. 13. & facta est cõten tio. hic cõñr põitur informatio discipu loꝝ. & p̃o oñdr̃ qualis sit aptus ad of ficiũ prelatiõis. 2º. quid for& eis licitũ tp̃ore psecutiõis. ibi. & dicit eis. Adhuc p̃o põitur informatio discipuloꝝ ĩ ge nerali. 2º. ipius Petri in speciali. ibi. Ait autẽ dñs Simoni. Adhuc p̃o informat discipulos de prelatiõis aptitudiẽ. 2º. de premij magnitudiẽ. Uos aut̃. Circa pri mũ sciendũ q' quũ apl̃i audierũt xp̃m predicentẽ traditionẽ sui ad mortẽ cre diderunt firmiter hoc esse futũm. & iõ ceperunt q̃rere inter se quis inter apl̃os ess& conuenientior ad tenendũ x̃. locũ et hoc est qđ dicitur. Facta est autẽ inter eos contentio. i. disquisitio. quis eoꝝ ui deretur esse maior. et aptior ad presidẽ dũ alijs loco x̃. & iõ xp̃us de hoc eos do cuit uidel; q' ille ess& ad hoc aptior q̃ ess& uere humilior, p cõñ. ad terrenam dñationẽ. et ad hoc induat exẽplũ sui. d. Quis maior est. aut qui recũbit aut qui ministrat. nõne qui recũbit. q. d. sic scđ; iudicium humanũ. & infert. Ego autẽ in medio urm̃ sũ sicut qui ministrat. hoc iã oñderat in lotiõe pedũ suoꝝ discipl̃oꝝ. & ex hoc intenditur cõcludere q' ille est aptus ad succedendũ sibi in regimiẽ ecclie qui est fundatus in uera humilitate. Uos autẽ. postq̃ oñdit aptitudinẽ prelati

hic cōtr ōndit magnitudinē premij. d.
Vos estis qui ꝑmansistis mecū. Iam eni;
Iudas exierat de societate eoꝝ. aceto pa
ne intincto. ut hr̄ io. xiii. In tēptatioīb
meis. quia īminebat agonia sue passi
onis. & ego dispono uobis regnū. Quod
ītelligit̄ dupl'r. Vno modo de regno mi
litantis ecclie. cuius regimen xp̄s t̄didit
aplis. Alio m̄ de regno triūphantis
ecclie ad quod apli erant assumendi ꝑ
post laborem uite p̄ntis. Vt edatis & ꝑ
bibatis & c̄. hoc simil'r dup̄ ītelligit̄. p̄o
de sacm̄ento eucharistie cuius cōfectiōe;
acceptionē & dispensationē x̄ t̄didit
aplis. Alio m̄ de fruitiōe glie ad quam
apli erant p̄destinati. Vt sedeatis super
thronos & c̄. Quia in iudicio extremo
erūt accessores x̄ iudicantis. Ait aut̄.
Posita informatiōe discipuloꝝ ī generali
hic ponitur informatio Petri in speciali
de fragilitate humana cōsideranda &
constantia cū dei adiutorio habenda.
Quū dr̄. Simon. ecce Sathanas expeti
uit uos. i. studiose q̄siuit ꝑ tēptationē
subuertere. quia multū nitit̄ ad subuer
sionē scōꝝ. illos eni pulsare negligit q̄s
q̄i iure q̄eto possidere se sentit ut dicit
Gregorius. ut cribraret. i. tēptationū im
pulsu cōcuteret. & sicut in tali cōcussio
ne remanet palea et t̄nsit farina sic Iudā
remansit diabolo ad penā eternā. alij ūo
apli transierūt ad gliam. Ego autē roga
ui p te ut nō deficiat fides tua. s. finaliter
nō eni rogauit ut Petrus nō caderet sed ut
in casu non remaneret. iō seq̄. & tu ali
quando conuersus. s. de pc̄co ad gr̄am. ꝯ
Confirma fratres tuos. hoc dr̄ ei a xp̄o.
Pasce agnos meos. ex hoc patet fidem nō
deficere usq; ad finē mundi potissime ī
ecclia romana que a Petro post xp̄; fūda
ta est. Domine tecū paratus sū & ī carce
rē & in mortē ire. hoc dicit ex feruore &
confidens de sua constantia & ūtute. iō

cōtr predicitur sibi sua fragilitas. Non
cantabit hodie gallus donec ter abne
ges nosse me. Post binā autē negationē
Petri gallus cantauit. sed petrus nō ad
uertit se. post terciā quū iterū gallus
cantauit ꝑut fuit expositū plenius ꝯ
Mar. xiiii. & dixit eis. hic cōtr quid
foret aplis licitū tpr̄e ꝑsecutiōis. Quia
quū p̄o xp̄us misit eos ad predicandū;
dedit eis formā incedendi ut sine pecu
nia & prouisione necc̄iorū incederent aliq̄
ut dictū fuit sup̄ caplo. x. iō forte cre
derent q tpr̄e ꝑsecutiōis que iminebat
non liceret eis talia portare. qd̄ remouet
dicens. sed nūc qui hr̄ sacculū. ad por
tandū pecuniā pro prouisiōe necc̄iorū;
tollat. i. portet. simil'r & peram. i. re
positorium uictualiū. & quia non erat
eis licitū solū talia portare sed et se ipos a
ꝑsecutoribus moderate defendere saltem
ꝑ tunc. iō subdr̄. & qui nō hr̄. s. gladiu;
uendat tunicā suā & emat. ꝑ hoc īnuens
q licita esset eis defensio moderata tpr̄e
ꝑsecutiōis. iō subdr̄. Dico eni uob̄ qm
adhuc qd̄ scriptum est oportet īpleri in
me. s. mortē acerbissimam & cōtēptibilis
simā per iudeoꝝ ꝑsecutionē. & cū iniq̄s
deputatus est. hoc scribitur Isa. liii. Et
eni que sunt de me scripta ꝑ ꝓphas. finē
hn̄t. i. sunt ꝓpe cōplementū. Domine
ecce duo gladij hic. Non curauerūt apli
loqui de sacculis uel peris sed tm̄ de gla
dijs. quia erant aīati ad defensionē sui
magri licet postea fugerūt timore huma
no ꝑculsi. Dixit autē Chrisostomus q isti duo ꝯ cul'
gladij erant duo cultelli maximi ad scin
dendū carnes agni. Satis est. quia unus
euaginandus sufficienter ōndit licētia;
se defendendi & audaciā petri ad defen
dendū suū magistrū & uoluntariā passio
nē xp̄i. qui quū hr̄et qui pro eo pugnaret
ipe tm̄ hoc ꝓhibuit ad nō euaginandum
ōndens aplos nō fuisse ꝑmissos facere q̄tū

q2 ecclia erat sibi commēda. ut hēt io. ultio. ubi ter dr̄ ei.

poterant ad defensionē sui magri. ut per hoc ondẽderetur qȝ pfectior est patientia q̃ defensio etiã licita. & egressus ibat. ꝛ Hic coñr ponitur traditionis x̄ executio. & pͦ ex parte x̄ se uoluntarie offerẽtis 2ͦ. ex parte iude eum pditorie tradẽtis ibi. Adhuc eo loquente. Circa pͥmũ dr̃. & egressus. de loco cene predicte. Ibat scdm̃ consuetudinẽ. qa assuetus erat illuc exire de nocte causa oronis. In monte oliuarũ: ụ̃ sciebat traditorem uenturũ. Orate ne intretis in tẽptatioẽm. Oro enī scdm̃ Damascenũ est eleuatio mentis in deũ. Quãto enim mens in deũ eleuatur tã to facilius tẽptatio ab ea supat̃. & ipse auulsus est ab eis. Quia oro debet esse so litaria. & positis genibꝰ orabat. quia deb& esse reuerens & deuota. Pater si uis trãfer a me & c̃. qa deb& esse discreta submit tendo pprĩã uoluntatẽ uolũtati diuine Apparuit autẽ ei angelus uisioẽ corpora li in spẽ humana. Confortans eũ p modũ seruientis. Quod factũ fuit ad cõfirman dũ fidẽ discipuloꝝ. qȝ xp̃s sit maior an gelis rõne deitatis p hoc etiã ondẽbatur qȝ in eo erat uera humanitas que cõforta batur cont̃ tristiciã insurgentẽ in parte sensitiua ex apprehensione mortis imi nentis. & factus in agonia. Erat eĩm is ta agonia reluctatio sensualitatis morte horrentis: & rõnis ipsam attẽptantis. Qa ũtute diuina quelib& pars pmittebatur agere & pati quod erat sibi ppũ. Prolixi⁹ orabat ondẽns qȝ in maiori necessitate ꝛ magis deb& homo oroni insistere. & fc̃s est sudor eiꝰ sicut gutte sanguinis. Ex ue hementi eĩm anxietate sensualitatis que pmittebatur agere et pati qđ erat sibi p prium ut dictum est. fiebat ut nõ solum humores exirent p sudorẽ. sed cũ hoc ad de sanguine sudorẽ tingente. scdm̃ aut̃ alios supnaturalr̃ factũ est ut sanguis p sudore exiret. ut sic xp̃s iã suũ sãgnẽ;

p salute nr̃a effundere inciper&. Inuenit eos dormientes pre tristicia. Tristicia eĩ; est passio causata ex malo pn̄ti qđ non p̃t repelli. & sic causat aggrauationem animi q̃i depressi pondere mali pn̄tis. qđ nõ pot̃ autẽ moueri. & sic p consequẽs ipedit ulterius motũ spũum a corde p organa sensuũ extiorũ. sed qa hꝰ spũs causant opa uigilie inde est qȝ tristicia ĩpediens talem motũ spũum causat ag grauationẽ spũum & cessationẽ ab acti bꝰ ppis. sicut fit in somno ppe dicto qui causatur ex uaporatioẽ humoꝝ ex cibꝭ & potibus ascendente uersus cerebrum qui humores ibidẽ ingrossati ex frigi ditate cerebri descendunt uersus orga na sensuũ opilantes meatus p quos spũs pgredientes a corde debent ad organa sensuũ transire & cessant sensus ab acti bꝰ uigilie. Adhuc eo loquente. hic coñr ponitur executio traditiõis ex parte iu de tradentis. quũ dr̃. Iudas unus de .xii. añcedebat eos. tanq̃ ductor illoꝝ q̃ uole bant cõprehendere ihm. & appropiquit Ihũ. ut oscularetur eũ. Dederat eĩm iudã istis cõprehensoribus istud signũ: ne pro Ihu caperent Iacobũ frẽm dñi qui erat ei ualde similis. ut dictum fuit Mat̃. xxvi. d. Iuda osculo filium hoĩs tradis. i. ĩ signo caritatis proditionem homicidij facis. ex q̊ factũ iude aggrauabatur ualde. Vidẽ tes autẽ ij qui circa eũ erant. i. x̄ discipli qđ futurum erat. s. captionẽ magri sui ut duceretur ad mortẽ. Dixerunt ei. dñe si pcutimus in gladio. & pcussit unus & c̃. alijs discipulis petentibꝰ licentiam pcutiendi ad magri sui defensionẽ Petr⁹ qui erat audacior ceteris & feruentior non petiuit licentiã nec expectauit res ponsionem sed amputauit uniꝰ auriculã intendens eũ interficere uel grauiter uul nerare. Sinite usq; adhuc. q. d. nõ moue at uos quod est futurũ. quia pmittendi

sunt ut me cõprehendant: & ĩpleantur
ea que de me scpta sunt. & quū tetigisset
auriculã eius sanauit eū. In quo apparet
maxima xpĩ caritas sanando illū q̃ uene
rat ad cõprehendendū ipm̃. Dicit autẽ
Ihũs ad eos qui uenerant ad se pncipes
sacerdotū et c̃. Contrrū uidetur Mat. 26°.
ubi dicitur uidetur q principes sacerdotū nõ fue
runt in captione ihu, sed ductus fuit ad
eos p cõprehensores ad locū ubi cõuenerat.
Ad quod respondetur dupliciter. Uno modo
q licet nõ uenerint ad cõprehendendū
ihum ĩ ppriis psonis uenerūt tñ ĩ uirtute
ĩ ministris ab eis missis. Alio mõ q aliq
de pncipibus sacerdotū uenerūt cū minis
tris ad cõprehendendū ihm ut diligentius
fieret negotiū. plures tñ expectabant ĩ
domo ut dicit Mat. q̃si ad latronẽ exis
tis cū gladiis & fustibus quū quotidie
uobiscū fuerim in tẽplo. & c̃. q. d. tūc nõ
cepistis me quia nolebã. nec modo cape
tis nisi permitterẽ. io seq̃. Sed hec est hora
ura .i. uobis concessa ad me cõprehẽden
dum. & potestas tenebrarū. q̃a diabolus
tenebrarū pnceps eos ad hoc incitabat.
Cõprehendentes autẽ. hic coñr describitur
xpĩ tradita cõprehensio & subdr Petrus neg
quū dr. Petrus uero. De negatione eim petri
uarie locuntur euangeliste. Que uarie
tas exposita fuit & concordata Mat
xxvi. f. Et uiri. hic coñr describitur xpĩ
comprehensi illusio. quū dr. Pphetiza
nob xpe. Per hoc enĩ designabant q eet
falsus ppha et q ignoraret quis eū pcuteret
& non solū illudebant sed et calūniose
introgabant. Si tu es xpus dic nob. Quasi
si respondisset sic statim ĩposuissent q uel
let sibi usurpare dignitatem regiam cõtra
Cesaris ordinationem q̃ dignitatẽ regiam
a iudeis abstulerat sicut dictū fuerat su
pra tercio cap°. Si autẽ dixisset non. obie
cissent contra eū de redargutiõe. Quia per
pluries uerbis & factis dixerat se ẽe xpm

Unde ioh. x. dicentibus ei iudeis. Si tu es
xpus dic nob palã respondit eis ihs. Lo
quor uob & non creditis opa que ego fa
cio in nõie patris mei. hoc testimonium
phibent de me. io seq̃. Si uob dixero nõ
creditis m̃ sicut & alias non credidistis. nec
uerbis meis nec factis. Si uos introgaue
ro non respondebitis. sicut & alias peti
uerat ab eis de xpo q̃m sit filius Dd nõ
responderunt. & in pluribus aliis eius
questionibus simile inuenitur. neq; dimit
tetis. q̃a obstinationem sciebat eorum. Ex
hoc autẽ .i. post passionẽ meã & resurrec
tionem. erit filius hõis sedens á dextris
uirtutis dei. Quod ĩpletū est in ascẽsione
xpĩ scdm q dr Mar. ultimo. Et dñs q̃de
ihs. Postq̃ locutus est eis assumptus est
in celū & sedet a dextris dei. Dixerunt
autẽ omnes & c̃. Mat. 26°. dr q sūmus
sacerdos hoc dicit. Dicendū q ille dicit
pro & principaliter. & io Mat. ipm̃ solum
exprimit. alii autẽ coñr idem dixerūt
uolentes ex hoc cõcludere cõdemnatio
nem xpi fore iustam. Tu ergo es filius
dei. hoc non sequebatur ex dicto pce
denti. quia dixerant. Erit filius hõis &
c̃. Uerūtñ quia hoc erat uerū noluit ne
gare nec etiã affirmare, ne apiret locum
calumnie. sed respondit. Uos dicitis quia
ego sum. Quod uerū erat et taliter pbatū
q calumniam non hret scdm ueritatem
sed tñ scdm iudeorū maliciam. ex qua cõ
cluserunt. Quid adhuc desideramus testi
moniū. q. d. conuictus est ppo uerbo. unde
subdr. ipi autẽ audiuimus de ore eius

ET SURGENS
omnis multitudo. Postq̃ descpta
est xpĩ cõprehensio p maliciam
iudeorum: hic coñr describitur eius occisio p
executionẽ gentiliū. ubi pro describitur solici
ta examinatio. 2°. iniqua condemnatio
ibi. Pilatus autẽ. 3°. impia occisio ibi. Et
quū ducerent eū. 4°. deuota tumulatio

ibi. & ecce uir nomine ioseph. Circa p̄
primū p̄o describitur examinatio co-
ram Pilato preside. 2°. corā herode ibi
Pilatus autē audiens. Circa p̄mū dicit
& surgens omīs multitudo eoꝝ duxe
runt illū ad Pilatū. qui erat ibi preses lo
co romanoꝝ. Ceperunt autē accusare illū
& hoc de tribus. p̄o de auersione popli
a lege Moisi seruanda. quā dr̄. hunc i
uenimus subuertentē gentē nr̄am. 2°.
q̄ p̄ doctrinā suā ipedir& pp̄lm redde
cesari tributū & hoc notat quā dicit. & pro-
hibentē & c̄. 3°. q̄ uolebat sibi usurpare re-
gnū iudeoꝝ. io seq̄. & dicentē se xp̄m
regem esse. p̄mū autē erat maīfeste fal-
sū. quia non uenit soluere legē sed adiplere
ut hr̄ Mat. v. & legē Moisi usq; ad mor-
tē seruauit. ut declaratū fuit ibidē. sim̄r
secūdū. q̄a iudeis q̄rentibus. lic& nobis
censū dare Cesari an nō. r̄ndit. reddi-
te que sunt Cesaris cesari. ut hr̄ Mat
xxii. Sim̄r terciū. q̄a quā ihs scir& tur-
bas uenturas ut eū rapent & faceret si-
se regē fugit ut hr̄ ioh. vi. Pilatus at̄ de
p̄o non curauit q̄a gentil erat & io de le-
ge Moisi non curabat. Secūdū reputa-
bat falsū. q̄a responsionē x̄ audierat p̄
relationē de tributo cesari reddendo. ut
predictū est. sed de. 3°. inq̄siuit. q̄a uide-
batur esse contra dn̄m suū. Vn̄ & iudei
corā eo dixerunt. Non h̄emus regē nisi
Cesarē. ioh. 19. & ibidē dr̄. Omnis enī qui
se regē facit contradicit cesari. xp̄us
autem se esse regē non negauit neq; af-
firmauit. sed medio modo r̄spōdit dicēs
Tu dicis. Verūtn̄ expressit q̄ si ess& rex
regnū eius nō erat de hoc mundo ut hr̄
io. xviii. & q̄a Pilatus & iperator dn̄s
suus nō curabant n̄i de regno terreno io
Pilatus habuit ihm̄ excusatū. d. Nihil
inuenio cause. s. criminis uel mortis i hoc
hoīe. At illi inualescebant. ut clamorib
optineret quod r̄one non poterat. Com-
mouit pp̄lm. q. d. t̄bauit pacē comunem.
Incipiens a galilea. uolebant enī uocare
q̄ ess& simil Jude galileo q̄ t̄pore natiui-
tatis x̄ inducebat pp̄lm ad rebellandum
ipatori romano. dicens illicitū ēē iudeis
p̄fiteri aliquē dn̄m terrenū sed solū deū
ut hr̄ act. v. Ante hos dies exstitit Iudas
galileus q̄ auertit pp̄lm in die p̄fessiōis
& c̄. sed Pilatus hoc falsū reputauit eo
q̄ audierat xp̄m dixisse. reddite que
sunt cesaris cesari per hoc onđens q̄ pote-
rant esse subiecti nō solū deo sed etiā te-
porali dn̄o. Pilatus at̄. Hic con̄r ponit
examinatio x̄ corā Herode. Pilatus eīm
audiens q̄ ihs ess& de galilea remisit
eū ad herodē. tū ut herodi deferret: tū
q̄a credebat q̄ libent liberaret hoīem q̄
ess& de t̄ra sua & maxīe inocentē. Sci
endū est q̄ lic& ihs fuerit nato i Bethleē
ut dictū est sup̄. 2°. cā. tn̄ dr̄ hic de galilea
q̄a fuit ibi nutrito & cōuersatus. qui &
ipē iherosilimus erat his diebꝫ. s. pascalib
ppr̄ solemnitatē. quia iudeꝫ erat. Pater
enī suus fecit se circūcidi t̄nsiens ad ritū
iudaismū scđm q̄ dicit iosephꝫ. Herodes
autē uiso ihu gauisus est. non ppr̄ deuo
tionē sed ppr̄ curiositatē. io subdr̄. eo q̄
audierat multa de eo. s. de miraculis eiꝫ
et doctrina. & sp̄abat signū aliqđ. i. mira
bile factū uidere ab eo fieri. Sp̄abat etiā
audire ab eo quedā curiosa & isolita. io
subdr̄. interrogabat aut̄ illū multis ser-
moībꝫ. ihs autē in conspectu eiꝫ noluit
aliquod signū facere. tū q̄a Herodes erat
idignus quā moueret ex curiositate ut
dictum est. tū q̄a ihs uoluit onđere q̄ p̄-
dicator uerbi diuini nō deb& corā p̄nci-
pibꝫ ostentationē suā querere. & eisdē
rōnibꝫ nō respondit eiꝫ interrogatiōibꝫ
Spreuit autē illū Herodes reputans eū
idiotā & fatuū. & illusit indutū ueste
alba. Sic eīm illudebat tunc fatuis. &
remisit ad Pilatū. ut eū honorar& sicut

& Pilatus ei detulerat. & facti sũt ami-
ci ppr mutuã reuerẽtiã factã ut dictũ
est. Nam antea inimici erant ad iuicẽ
ppr galileos quos Pilatus occiderat mis-
cens sanguĩe eoꝝ cũ sacrificijs ut dictũ
est sup cap. xiii. Pilatus autẽ. Hic conr
describit xpi cõdemnatio iniusta. ũ põ
declarat xpi ĩnocentia ex ĩplici cõfes-
sione iudicis causã examinantis. & et
ex allegatiõe herodis q ipm nõ cõdẽna-
uerat. Iudei autẽ e contrario. Co contra
ũba iudicis ter reclamauert ut optine-
rent p ĩportunitatẽ clamoris quod non
poterant uia ratiõis. ppr quod Pilatus
finalr declinauit a iusticia cõdemnans
ad mortẽ ihm ĩnocentẽ. inclinato ad
hoc ex ppli fauore quẽ querebat & Ce-
saris timore cuius ĩdignatiõe formida-
bat. eo q dixerant iudei ĩ cõspectu suo
si hũc dimittis nõ es amicus cesaris ut
hr ioh. xix. & ex dictis pat& litta
paucis exceptis que exponẽtur. Na
remisit illũ ad nos. i. ad nrm iudicium.
